



Ioan. Petri Contareni Veneti Historiae de bello nuper Venetis a Selimo II. Turcarum Imperatore illato, liber vnuſ,

<https://hdl.handle.net/1874/437174>

4

IOAN. PETRI
C O N T A R E N I
VENETI HISTORIAE DE BEL-
LO NVPER VENETIS A SELI-
MO II. TVRCARVM IMPERA-
TORE ILLATO, LIBER VNVS,

Ex Italico sermone in latinum conuersus,

A

IOAN. NICOLAO STVPA NO
PHILOS. ET MEDICO.

AD

Casparum S. Blasii in Hercynia Sylua Abbatem.

In hoc narrantur res vtrinque gestae, à belli principio vsq; ad
celebrein illam felicemq; pugnacim naualem.



Basileæ per Petrum Pernam,
Anno M.D. LXXIII.

C O N T A R T I

ORNATISSIMO SIMVLQVE OMNIB. MO-
DIS REVERENDO D.D. CASPARO S. BLA-
SII IN HERCYNIA SYLVA ABBATI DI-
GNISSIMO, HVNC HISTORIAE TVRCI-
CAE LIBRVM OBSERVANTIAE ET
DEBITAE REVERENTIAE ERGO,
IOAN. NICOLAVS STVPA.
NVS PHILOS. ET
MEDIC. D.D.

REVERENDISS. IN CHRISTO
PATRI D.D. CASPARO S.BLA-
SII IN HERCYNIA SYLVA AB-
BATI DIGNISSIMO.

Ioan. Nicolaus Stupanus S.P.D.



ARCVS Cicero tantus olim in Romana Repub. vir eas inscribenda historia leges obseruandas esse afferit, Caspar Abbas plurimum Renerende, ne quicquam in ea falsum pronuntienius: deinde quae vera esse scierimus, ea enarrare nequaquam metuamus: odio deniq; aut gratia adducti nihil scripsisse videamur. Ac me hercule si benè nobiscum perpendamus, in quæ finem omnis historia scribatur et quantū eius intersit cū hæc leges tū & alia plura præcepta in ea obseruanda compriemus. Quomodo n.ad benè beatęq; viuendū exemplo esse poterit historia, si quicquam falsum, aut aliter atq; re ipsa se habeat, enarraverit? Neque verò dubium est, historiā theatris loco esse debere, quæ exemplis, non aliter atq; singularum rerū experientia humana hanc nostram vitam informet. Sicuti n. multi rerū experientia edo ēti, quædam omittenda, & alia quædam facienda esse sciunt: prout scilicet alios quoque bonos aut malos euentus habuerunt ita qui historias cum fructu legunt, omnis generis consilia eorumq; euentus intelligunt, & ex eorum successu causisq; quid sibi imitandū aut deuitandum sit, animaduertere possunt. Ut rectissimè idem Cicero de ea pronun-

*

y

tiarit, Historiam temporū esse testimoniū, lucem veritatis, vitā
memoriæ, magistrālē vitæ, nuntiā vetustatis. Quæ cùm ita
sint, quantis erroribus causam præbabit is, qui rerū gestarum
consilia, causas & euentus aliter humano generi præponet at
que successerint? Certe plurimis maximisq; : quia homines
ijs instituti exemplis, & alios euentus ex alijs causis, quā re
vera fuerint eueniſſe, aliorumq; euentuum alia consilia cau-
sam præbuſſe putantes cum sibi tum alijs malorū consiliorū
autores erunt, & ad multa ineptè infausteq; gerenda moue-
buntur. Tantum ergo interest ut rectè vereq; Historia scriba-
tur. Verū enim uero sicut solet eueniire in cæteris rebus ma-
gnis, & quarum plurimū interest, ut quò maiores illæ præſta-
tioresq; fuerint, tanto negligentius ab hominib. tractetur: ita
proh dolor Historiæ quoq; accidit. Etenim quò pluris inte-
rest, ut verè hæc accurateq; scribatur: tanto minus id mihi
Historici curaſſe videntur: ut præter sanctas illas Veteris et
Novi testamēti historias, quas S. ſpiritus proculdubio dicta
uit, per paucas ad amuſim veras deprehendere poſſis. Cu-
ius rei argumentum si petieris, euidentiſſimum tibi submihi
ſtrabit tanta historiarum, quæ de eadem re ſcribuntur diuer-
ſitas & repugnantia: quia diuerſæ historicorū de eadē re ſen-
tentiae, certiſſimum ignorantiae testimoniuſ præbent. Et quid
vetat quo minus rem exemplo illuſtremus? Romanos ſcimus
potentiſſimos fuīſſe, ſimulq; literarū ſtudia inſigniter coluiſſe
ut veriſimile quoq; ſit, operā dediſſe iſpos, ut rerum ſuarum
historiæ accuratiſſime ſcriberentur. Sed quantū tamen illæ
inter ſe pugnent, facile deprehendes, ſi vel ea obſeruaueris,
quæ de illorum primordiis ab alijs atq; alijs memoriae prodic-

ta sunt. Salustius Romā à Troianis conditā fuisse scribit, qui
Aeneā ducem sequuntur, Aboriginib. se eo loco habitantib. con-
imixerint. Titus Linius eā a Romulo & Remo extrectam
fuisse memorat. Fabius Pictor Saturnum afferit Romæ pri-
mū fuisse Conditorem. Sempronius narrat Atlantē Italum fi-
liam habuisse, quæ Roma vocaretur: eamq; ante Romuli te-
dora centum propè annos vixisse, urbemq; hanc ab sese nun-
cupatam condidisse. In cæteris deinde, quæ ad urbis incremē-
tum totūq; imperium spectant, an non Linius à Dionysio infi-
nitis locis differt? Græcorū verò historias si inter se cōpare-
mus aut etiā eorum qui res nostris ferè temporib. gestas cō-
memorarunt, tantā diuersitatem inuenie mus profecto, vt in
poesim historia trāsisse videatur. Sed causam horū omnium
cū ex ipsarum rerum quæ historiæ mandatur difficultate, tū
eriam ex prauitate historicorū dependere censeo. Atq; hi qui
dem, qui gratia, odio, metu, lucris, amicitia, aut alijs animi
affectionib. impulsi, ad historias scribendas accedunt, ijsq; permul-
ta vana falsaq; permiscent, pœna maxime digni videtur. Cū
n. et alias rerum ipsarum causas atq; euentus ignorarent, eas
tamen ita hominib. explicant, vt multorum errorum autores
sunt. Quo maior. n. rei difficultas est, tanto magis abstinere
omnes ab hoc scriptioris genere oportuit. Itaq; haud ab re for-
tassis fuerit, hanc difficultatem perpendentes, quæ tot errorū
in historijs cause sint, paulo diligentius obseruare. Qui histo-
riæ scribunt, aut de rebus iam olim gestis vetustisq; aut de no-
vis & quæ scriptorū memoria recordari queāt, laborant. Ac
siquidē vetustarum rerum historiam scripperint, necessū erit
imitari, quæ de ijs memorie à maiorib. prodita fuerunt: de

suo nihil addere. Quia n. res vetustæ, à memoria nostra rem
tæ sunt, nihil vtiq; de illis scire possumus, præter illa sola, que
veteres literarū monumentis mandarunt. Veteres autē, cum
eadem hæc scriberent, si quidem ante eorum memoria gesta
fuerunt: perinde vt nos, aliorum scripta sequi oportuit: sī ip
sorū memoria fuerunt patrata eadem profecto illis evenire
potuerunt, quæ nobis, rerum nostro tēpore gestarum historiā
scripturis, contingere solent. Iam verò in hisce scribendis, ne
cessum erit historicum vel ipsummet rei gestæ interfuisse, aut
ab alio, qui interfuit vel nō interfuerit, accepisse. Si scriptor
rei gerendæ interfuit, aut alterius partis hostis amicisue fuit
eorūq; consilia nouit, aut à neutrā dependit, atq; illud quidē
efficiet profecto, vt res ita narraturus sit, quò suorum honor
augeatur, hostibus autem plurimum detrahatur: quæ dum
ita fiunt, quantum à veritate recedetur? E contrā autem, si
à neutrā parte dependens, tamen rei gerendæ interfuit tum
consilia partium & causas propter quas ea omnia fiunt, ne
quaquam intelliget: quamobrem id quod potissimum est, igno
rabit, totumq; id quod videbit, propemodum nihil erit. Neq;
verò quicquam amplius sperari potest etiam ab eo historicō,
qui cum ipse rei non interfuerit, eam tamen ab alijs accepta
enarrat: nam et si hoc loco à neutrā parte pendere cum conce
damus, secus quām alioquin soleat accidere, qui tamen ei rē
gestam narrabunt, iisdem affectibus obnoxij erunt atq; histo
ricus, qui rebus interfuit: prætereas si Idiotas eos esse contem
das fortassis, & promide simplicem narraturos veritatem, re
spondebo si maximè velint, eos tamen nō posse, quod causas,
consilia & maxima quæq; ignorent. Talia n. duces ipsi & co
siliarij

filiarij tanto occultiora sibi conferuant, quanto prudentiores & in rebus gerendis feliciores esse cupiunt. Sed neque ab his facile historicus omnia impetrabit, quia idem parent dearum imperio quas in Rep. versantibus & magnas huiusmodi res ad ministrantibus. Iupiter prefecit, Mercurius scilicet atque adulatio: quarum altera proprias res auget mentiendo, altera silentio multa praeterit, que non sine scriptoris periculo, & infamia principis, ad quem pertinent, aperiri possent. Quae cum ita sunt, ecquid de eo fuerit sentiendum quæso, qui, eodem tempore, quo in Cypro & mari Aegeo, res hac nostra historia comprehensæ gerebantur, in Anglia ipse existens earum historiam scribebat? Vnica n. mihi ratio superesse videtur, qua vera ad amissim rerum generalium historia scribi possit, si Principes ipsi ad quos pertinet eam veram scribi cupiant: cum n. omnia nouerint, scriptori leges statuta, consilia, literas, & quæcunq; eius generis occurrunt in belli pacisq; negotijs, subministrabunt: ut sic in veram rerum gestarum cognitionem peruenire queat. Fuitque olim vetustissimus bonorum magistratus & principum mos, ut quæ singulis annis memoria digna accidissent, sacerdotibus sanctissimus viris commemoraret: qui ea in annales relata, in adytis templorum conservabat: ut successu temporis deinde scriptores historias ex iis contexerent. Ac tales certe mihi esse videtur Berossi histories, sicuti etiam Metasthenis Persæ, & Manethonis Aegyptij. Sed iam ex alto mari in portum redeamus. Hanc Contareni nostri historiam, non dubitamus veram scribi potuisse quod scriptor consiliorum omnium particeps fuerit, & adiuvante senatu, hostium quoque occultiora consilia & progres- sus universos potuerit indagare. Voluisse quoque quod potuit,

scriptore existimamus, cum ob familiæ splendorē, tum ob se
natus autoritatē atq; sapientiā, quib. vtiq; magno dedecori
fuisse, quicquā aliter atq; verè fuerit explicare. Hisce, sito-
ta series rerū, historiæ consensus, dierū, locorū horarūq; etiā;
quib. singula gesta fuerunt, cōsignatio adiiciatur, nihil iā am
plius dubitare possis. Iā verò ad te veniā. Abbas plurimiū Re
uerēde, & quæ causa me impulerit, vt historiæ huius transla
tionem meam, tuo nomini inscriberē declarabo. Existimau
ego sicuti & Cōtarenus noster, quia in hoc bello Deus singu
lare specimen edidit suæ erga Christianos bonitatis & clemē
tiæ: eius historia ad ipsos potissimum spectare, qui Eccl. curam
vel imprimis ad se pertinere arbitrātur. Deinde collegy tui
Blasiani in Hercynia sylua antiquitatē, & omniū qui hac te
nus ei præfuerunt, erga literarū studia amore & beneficen
tiā, cū ab alijs multis, tum verò à Ioan. Hubero olim prædī
cata, sæpen numero sum admiratus. Quib. accedit, quod ante
aliquot septimanas, cū apud Episcopū Curiensem in Athesia
essē te, qui diuina clementia nuper ad Collegy gubernacula es
ses electus, magnopere cōmendari intellexerim cū ab alijs, tū
verò etiā ab Abbatē, qui è nobilissima Schtandersbegiorum
familia natus Collegio mōtis S. Mariæ in eadē Athesia impe
rat. Quib. omnib. permotus, nihil & quæ mihi cogitandum esse
duxī, quā vt me in tuā notitiam & clientelam insinuarem.
Quod si ergo leue istud munus, à me tibi, qui non ita pridē in
Abbatē collegy delectus es felicis omnis causa oblatum, ea
qua spero fronte suscepereis, operā certè dabo vt in rebus lōgē
gravioribus, meam erga te obseruantiam agnoscas. Vale
Basileæ Calendis Martijs, anno salutis M. D. L. XXIII.

IOANNIS PETRI
CONTARENI VENETI
HISTORIAE DE BELLO TVR-
cico nuper à Selimo Ottomanno
Venetis illato,

LIBER VNVS.

*In quo res utrinque gestæ narrantur, à principio belli,
usque ad magnam illam felicemq;
pugnam naualem.*

**P**RINCIPVM successio, quæ priorum morte aut alijs de causis accidit, magnos vt plurimum motus & difficultates in Rebus pub. regnisq; excitare solet, ijq; tantò maiores esse consueuerunt, quantò celebrior maiorq; de mortui principis potentia fuerat. Sultanus Ottomannus Turcarum Imperator ingeao potentiaq; maximus, postquam quadraginta septem annos regnasset, dum Zigerhum, Hungariæ arcem munitissimam obsideret, die fatalem obiit anno seruatoris nostri M.D.LXVI. Ei successit in imperio Selimus Ottomannus, qui vñus ex quatuor eius filijs supererat: pater. n. iā ante aliquot annos Mustafam & Baizetem rebellionis suspectos, nec curauerat, persuasus scilicet à Rossa coniuge. Zeangit verò tertius filius, gibbosus, cùm tantæ crudelitatis impatiens esset, sponte mori voluerat. Selimus igitur præter amplissimum imperium, patris quoque existima

A

DE BELLO TVRCICO

tiōnem gloriāmque possidebat: qui etiam si religione ac
institutis hostis Christianorum esset, omnibus tamē ter-
rori simul atque admirationi fuerat, propter singularē
virtutem atque prudentiam. Hisce ita constitutis, Selī-
mus cūm nesciret quā ratione pater id nomen eamque
gloriām sibi comparasset: tertio sui imperij anno, absq;
ylla causa, nullaque habita ratione datæ fidei, Venetijs
bellum mouit. Cuius historiam cūm hoc loco enarra-
re constituerimus: operæ preцium esse videtur primam
ipsius originem causamque explicare, vt omnes intelli-
gant quam leuis illa atque iniusta fuerit.

Selimus Anno salutis humanæ M.D.LXIX. cūm tertiu
iam annum regnaret, animum induxit, more suorū ma-
iorum, & ad perpetuā sui gloriā memoriamq; Collegiū
seu Xenodochium, quale ipsi Almaratū vocant, cōstrue-
re, cum tēplo scholisq; ad liberos in Mahometica lege
erudiendos. Iuxta huiusmodi collegia, multas domun-
culas rotunda figura construunt tū Sacerdotib. atq; Do-
ctorib. suis, tum etiā peregrinis quibuslibet: nam cunf.
cunq; tandē nationis aut religionis fuerint, hi possunt ta-
men liberè huc cū eqs atq; seruis diuertere, & in tridiuū
vsq; absq; vllis sumptib. cōmorari. Solent & aliç quadā
ab his diuersæ māsiones in huiusmodi Collegijs adorna-
ri, pro ipsius vrbis pauperib. quibus in singulos dies, præ-
ter certā panis portionem, ad quotidianum victum, nu-
meratur etiā Asperus numus, quādiu ibi degunt. Solent
autē Imperatores Turcarum huiusmodi Collegijs redi-
tus addicere, quos ab exteris bello acquisuerint: nec il-
lis per antiquas cōsuetudines licet, alijs opib. ea dotare.
Talia collegia nunc Cōstantinopoli tria sunt, eo quo di-
ximus modo extructa quorū primū, omniū celeberrimū
cōstruxit Sultanus Machemetus, is qui Constantinopo-
lim occupauit. Baiazetes illius filius alterum & tertium
fundauit Sultanus Solimannus Selimi huius pater, cū tē-
plo

CONTRA VENETOS

pto, cuiusmodi Turcis Moschea dicitur, ex lapide pretioso & arte accuratissima cōstructo: in quo sunt quatuor Cāpanariæ turres optimè fabrefactæ. Dotatū autem fuit hoc collegiū, post quā is è vita migrasset, annuis redditib. qui ex arce & regione Zigethi colliguntur: quā vtiq; Ma hemet Visir primarius Bassa, post obitū Solimanni indu stria sua occupauerat. Clāculū.n. tēuit imperatoris morte, eiusq; lecticā in conspectum militum producēs, & eū adesse fingens, eorū animos ad expugnationē excitabat. Nō tamē sufficiunt arcis huius prouētus collegio, quod in eo ad octoginta millia numerū Sultaninorū quotānis insumentur. Selimus igitur, vti ante dicere cōperamus, & ipse Collegiū suū extruere volebat, iamq; constituerat vt Adrianopoli fabricaretur, quę vrbs à Bizātio tridui itineris distat: & sex cāpanarias turres in eius tēplo fabreficeri iussérat, ac si patre suo prēstatiōē sc, alijsq; omnib. suis maiorib. digniorē existimaret. Itaq; erat iā locus certus huic edificio addictus, eiusq; fūdamēta ponebātur, cūm sacerdos quē lingua sua Mofti.i. prophetā nuncupant, in ipsomet loco imperatorē monuit, vt pro more suorum maiorū, qui Ottomannorū imperiū sēper auxerant, ipse quoq; aliquā insignē expeditionē susciperet, anteq; collegiū perficeretur, vt ex eo quod inde acquireret, id postea dotare posset. Atq; hēc quidē dū familiariter colloquerentur, Sacerdos imperatoris animū eō inclinare intelligens, de Cypri regno verba facere cōpīt, & ostendere illius opes tantas esse, quib. nō modò suū collegium præclarē dotare posset, verū etiā id supplere, quod patris Xenodochio decesset: atq; illuc etiā accedere, quod occupato Cypri regno, longē tutiores futuri essent Turcici mercatores, per ea maria in Syriā atq; Aegyptum nauigātes: qui alioquin à pyratis Christianis & occiduis sape infangentur, dum in ea insula refugium haberent.

DE BELLO TVRCICO

Afferebat etiam fore, ut Eremite sui peregrinationem in Meccam (locus hic est, in quo Mahometi sepulchrum visitur) libentius susciperent. Hoc colloquium Selimus summa cum attentione audiuit, & quia eadem hæc secum prius quoque meditatus fuerat, sacerdotem laudavit, eiusque in onitis assentiens discessit. Accidit deinde, non longo post tempore, ut Iudei quidam ex Occidente Constantinopolin scripscrint ad Ioannem Michetum Marranum (quo nomine vocantur Iudei, qui vitioseque aliquo baptizantur) ei que significarunt, Venetorum Armamentarium, accenso in puluere bombari dico igni, vna cum multis alijs eorum munitionibus, I die Septembri exustum esse, Anno seruatoris nostri M. D. L XIX. & Vrbem ipsam cum tota ditione magna annonæ caritate laborare, vescique eos solo pane ex milio facto. Quibus rebus imperatori nunciatis, Ioannes Miches, qui illi familiaris erat, iamque ipsius cogitationes de Cypri regno intellexerat: hanc commodam occasionem esse, magna huius expeditionis suscipienda & rei feliciter gerenda monuit: cumque illæ res fama magis magisque confirmaretur, Selimo facile persuasit, ut quod de Cypri regno dudum animo conceperat, ex qui conaretur. itaque Selimus, quamuis capitib. articulisq; foederis cum Repub. Veneta initi, nuper subscripisset, & iurecurando ea se seruaturum sacrosanctè promisisset: tamen hisce omnibus postpositis, Mahometū Visirum, suum primarium Bassam accersit, & quid in ea re, quam diu secum meditaretur, consilij habeat, sciscitur. Est enim permagna Bassarum autoritas in Ottomanno imperio gubernando, quod antiqua coniectu dine receptum sit, ut imperatores eorū vtatur consilijs. Mahometus Visir vir prudens, cognita imperatoris socii sui petitione, intelligebat quātum interesseret Venetiæ bellum inferre: quamobrem iniustum illud bellum disuas

CONTRA VENETOS

5

dissuadere conatus, in hanc sententiam respondit:

Non dubium est summe imperator, quin Cyprium regnum tuo imperio adiectum, ipsum splendidè auget, & nominis tui gloriam illustret, si modò honestis rationibus comparari possit. At ego nō video quo modo id acquirere possumus, nisi bello Venetis, qui illud possident, illato. Cuius causam, si rem absque animi perturbatione perpendamus, & cogitemus qua ratione illis deuinctus confederatusque sis, nullam planè inuenimus: nisi forte hanc velimus occasionem accipere, quod ob incendium armamentarij, ad hoc regnum defendendum, non sufficere videantur. Id vero nequam facere debes: quod neque magnitudini imperij tui, neque iustitiae imperatoris conueniat, eos ex tali occasione lædere, qui fœderi nobis iuncti sunt, quique etiā te offendere cùm potuissent, maluerunt tamen fidem seruare. An verò ignoras, quām parenti tuo felicis memoriae imperatori inuitō semper amici fuerint, vt quē is fidem illis semper seruandam existimarit? Mihi profecto dum ex hac vita migraret, seuerè mandauit, vt id agerem, quo illorum amicitia conseruaretur: quoniam semper nobis fidem seruassent, & nostram amicitiam coluisse. Tu verò summe imperator, qui paulò ante pacis nouiꝝ fœderis intervos capita, fide data confirmasti, & amicum te fore promisisti: an fidem fallere, & antequam prouoceris, bellum illis mouere conaberis? Id ego nequaquam agendum esse existimo. Hæc sunt, gloriose imperator, quæ de hac re sentio, quęque tibi eo animo patefeci, quo meam erga te seruitutem fidemq; obstrictam esse intelligo. Nollem autem ita dici isthęc à me existimes, ac si tuæ celsitudini summæque prudētia quicquā derogarē: tu namq; mihi dominus es, tu mihi imperare potes quod vis, mihi iussa capessere fas est. Selimus audita hac oratione, nequaquam cogita-

6 DE BELLO TYRCICO

uit, quām fideliter ei consuleret is, qui ipsum paulō ante
cum tanta dexteritate atq; quiete, ad paternum impe-
rium euexisset: celauerat enim Mehemet in Zigelthā ar-
cis obsidione parentis morbum atque obitum, donec
Selimum, qui tunc Mangrelia erat, certiorem eius rei fe-
cisset, isque Constantinopolin ad capessendas imperij
habenas proficiisci, & tunc in Hungariam ad exercitum
peruenire potuisset. Itaque pro omnibus hisce meritis,
hic in illum injuriosis verbis est inuectus, adeoque Chri-
stianum etiam, quod apud illos injuriosum est, appella-
uit. Sed Mehemet, cognita imperatoris aduersus se ira,
cum verbis, tum gestibus veniam deprecatus discessit.
Selimus verò Mustafæ Bassæ etiam rerum terra admini-
strandarū, atq; Piali Bassæ rerum maritimarum præfecti-
summi consilia audire voluit: à quibus vehementer exci-
tatus est ad id bellum suscipiendum: quod dicerent Ve-
netos ob incendium, quod perpesli essent, ad Cypriam
regnum defendendum nequaquam sufficere. Plura de
eadem hac re colloquia tunc temporis tractarunt: quæ
etiamsi ex nuntijs Constantinopoli allatis, nondum cer-
tò cognoscere potuerimus: ex ipso tamen effectu faci-
lè coniici potest, consilia de hac expeditione iam tum
fuisse decreta. Quibus ita constitutis, Mustafæ ac
Piali consilio Selimus Mehemeto Visiro imperauit, vt
quod sui muneris esset, magna celeritate, quæ ad exerci-
tum instruendum necessaria essent procuraret. Quam-
obrem ille mandatis domini parens, Constantino-
poli primùm tantam armorum copiam instrui cura-
uit, quanta exercitum quām maximum armari posse
videretur: deinde itidem alibi fecit, tum verò in diuer-
sis locis maris Aegei panes biscoctos & alia cōmeatus
genera parari iussit: idemque studium Mustafa in equi-
tibus peditibusque comparandis, tunc temporis pone-
bat. Quibus rebus cognitis Veneti, et si nondum cer-
to

CONTRA VENETOS

tò intelligerent, quosum tanti apparatus bellici tenerent: tamen quòd communi fama ferretur, Selimum Cyperi regnum inuadere velle, & quòd ipsis per conditiones foederis liceret arma sine suspicione parare, quoties Turcas se ad bellum instruere intelligerent: ipsi quoque consuetos aliquos apparatus facere cœperunt & de nauibus omnis generis prouidere, rerumpub. gubernatoribus eadem hæc significare, & Cretensibus, vt sicuti debent, adornarent illius regni naues imperiale satagebant. Erant autem tunc temporis extra urbem 30 solent in sinu Veneto esse, alijsque locis, triremes armatae triginta atque una: quarum hi duces erant:

Iacobus Celsius Classis prouisor seu curator, quo nomine eos vocant, qui rerum ad classem necessaria-
rum curam habent.

Marcus Quirinus Sinus Veneti præfctus.

Marcus Antonius Foscarinus condemnatorum
præfctus.

Marinus Dandolus.

Ioannes Baptista Contarenus.

Ioannes Malipetrus.

Ioannes Bembus Cyprus.

Marinus Contarenus.

Antonius Pasqualigus.

Franciscus Bonus.

Nicolaus Lippamanus.

Philippus Leo.

Angelus Surianus.

Vicentius Maria de Priulis.

Petrus Badoarius.

Ioannes Baptista Benedictus Cyptius.

Hieronymus Tronus.

Alexander Contarenus.

Theodorus Baldius.

DE BELLO TVRCICO

Marcus Antonius Pisanus.

Nicolaus Donatus.

Franciscus Tronus.

Lodouicus Cicuta de Vegia.

Colanes Drasco de Cherso.

Petrus Bertolazzius è Iadera vrbe.

Christophorus Cipicus Trauus.

Petrus Michettus Sebenicus.

Hieronymus Grisanteus de Cataro.

Ioannes de Dominis Arbensis.

Ioannes Balcius Liesenensis.

Ioannes Baptista Taccous.

Peridem ferè tempus nunciatur Venetijs, Imperatorem Turcicum binas Venetorum naues. Bonaldam scilicet atque Balbam, circa idus Ianuarij detinuisse, & in apparatibus faciendis studiosissimum esse; usque adeò scilicet, ut ipsemet Armamentarium videre, Tappanāq; (quo loco tormenta bellica cōseruantur) in spicere, & quid fieri oporteat præcipere non grauare. Ex quibus indicijs Veneti, quod prius suspicabantur, bellum sibi paratum esse videbant, idque eò firmius iam credebant, quod suos vbique detineri, & in cōfinijs itinere præcludi intelligeret. Quamobrem ipsi quoque iam suis rebus satagebant, nec quicquā corum quæ ad instruendum exercitum requererentur negligebant. Ad Marcum Quirinum sinus Veneti præfectum literas dērē cum mandatis, ut in Cretam quanta posset celeritate contenderet, curaretque illius insulæ classem citissimè instrui. Certiores quoque de tantis Turcarum contra se se apparatib. fecerunt Pium V. Pontificē Maximum, Philippum Hispaniarum Regem Catholicū, itidemque permultos alios Christianos principes. Quę dum ita ageretur, Selimus tertio Idus Februarij Cūbatum

1570 Jan februario

CONTRA VENETOS

9

batum Chiausū (quem vocant) ad Venetos legatum dimisit, ut ab illis Cyprum Insulam peteret, idque talibus verbis ac minis, quæ suis maximis apparatus et quaren-
tur. Marcus Quirinus autem, accepto à senatu manda-
to, decima sexta Februarij Liesena soluit cum binis tri-
remibus, & die sequenti ad Ragusiam Cubatum obuiū
habuit, comitatum Ludouico Bonriccio, secretario Mar-
torem legati, quem Bailum vocant, & Aloisio Barbaro
Marci Antonij filio, qui Angeli Suriani nauī uehebatur.
Veneti autem pridie Calend. Martij, postridie paschatis,
Hieronymum Zaneum equitem, & S. Marci procurato-
rem peractis sacris in Sancti Marci æde, summum classis
imperatorem declararunt, eumque deinde Petrus Lore
danus Serenissimus Princeps totusque senatus, ad naues
magna cum pompa deduxerunt: & die proxima Iaderā
versus dimiserunt. Iamque Venetijs soluerant tiremes
armate quadraginta duæ, quibus præerant hi, qui ordine
sequuntur:

Hieronimus Zaneus summus imperator.

Santus Tronus, condemnatorum præfetus, loco

Marci Antonij Foscarini.

Antonius Canalis, exercitus curator.

Stephanus Venerius.

Dauid Bembus.

Gabriel Canalis.

Petrus Emus.

Marcus Antonius Landus.

Hieronymus Contarenus.

Marcus Ciconia.

Petrus Salomonius.

Fredericus Nanius.

Petrus Zaneus.

Benedictus Soranzius.

Baptista Foscarinus.

B

DE BELLO TURCICO

Andreas Bragadinus
 Aloisius Emus
 Augustinus Venerius
 Georgius Pisanus
 Petrus Dolfinus
 Mattheus Calergius
 Paulus Nanius
 Bartholomeus Celsius
 Petrus Pisanus
 M. Antonius Quirinus
 Iulius Bragadinus
 Franciscus Tronus
 Petrus Ciuranus
 Hieronymus Grittius
 Priamus Lezeus
 Bernardus Sagredus
 Bernardus Iustinianus
 Georgius Cornarus
 Antonius Michaelus
 Sebastianus Tiepolus
 Antonius Cauallinus
 Michael Barbaricus
 Nicolaus Surianus
 Carolus Quirinus
 Orfredus Iustinianus
 Franciscus Vendraminus
 Hieronymus Dolfinus.

Soluit quoq; Constantinópoli circa finē Mattij Amu
 rates Raisus cum viginti quinq; triremib. Rhodum ver
 fus contēdens, yt illic prohiberet, quo minus Cyprīs Ve
 neti suppetias ferre possent: iam n. intellexerat impera
 tor, eorum in apparatus faciendis studiū, quo magnā
 suarum munitionum partem refecissent. Cubatus inte
 rim legatus Turcicus Venctias appulit sub Aprilis prin
 cipio

CONTRA VENETOS

ii

1570

cipio: sed cūm antea ciuitas illius aduentū & petitionē cognouisset, senatus oblata deliberandi occasione, iudicauerat iā, longè melius esse & ad reipub. dignitatē honestius, aperto Marte fese à Turcis defendere, quā ita pauperatum ab illis suo imperio spoliari: fore n. aliās, vt tādē ab Ottomānicis planē subigerētur. Velle ergo se in tā iusta causa fortunam experiri, & diuina humanaq; auxilia, cōtra communem Christianorum hostē sperare. Itaq; Cūbatus in senatum admissus, vbi causam proposuisset, statim denegato eo qđ petebat, dimissus est. Hieronymus Zaneus autem, summus imperator Venerorū Idib. Aprilis Iaderū appulit, ibi q; se quēti die ab eius vrbis Episcopo Hectore Trono Iaderā comite, Andrea Barbarigo duce, alijsq; plurib. ducib. militarib. nobilib. militibus, nauiuūq; præfectis, qui in arce erant, humanissimē exceptus, atq; in summum templū deductus, sacris in seruatoris nostri honorem peractis, interfuit. Sed vix mensis iam præterierat, ex quo magnum senserant dolorem: quoniā Bernardus Malipetrus equitum per Dalmatiā curaor, nobilis singulare virtute, postquā Iadera səpius multis alijs comitatus egrederetur, vt Turcarū excursions reprime ret, iamq; səpius rē feliciter leuib. illis prēlijs gessisset: tā dē nimī suę virtuti cōfidens, semel absq; ijs armis, quib. humeri teguntur, egressus est, & in leui quodā prēlio cū hostib. congressus, hasta eo planē in loco vulneratus est, quo nō fuerat armatus, vsq; adeò scilicet, yt in vrbem importatus, statim expirauerit maximo cū dolore omniū, quib. nota illius virtus fuerat: nā cum viginti nouē anno rum iuuenis esset, omnib. magnā de fese spem præbuerat. Elegérāt autē tunc in ipsius locū postridie Iduum Martij Fabiū Canalē insigni virtute nobilē, & in eiusdem mēsis principio Franciscū Barbarū totius Dalmatiæ præfectū creauerat: cui iterū cū fatalē diē obiijset, ante quā munus sibi demādatū suscipe posset, substituerūt lo. Legeū equitē & S. Marci procuratorem.

B 2

DE BELLO TVRCICO

Creta s. Cauda

Marcus Quirinus interim in Cretam peruenerat pridie nonas Aprilis, atque illius regni naues diligenter instrui deprehenderat: quamobrem ipse quoque id maximè sollicitabat, cupiebatque eas quam citissime progredi, antequam classis Turcica in ea maria perueniret, quib. aditu ad Cyprus prohiberentur. Quæ dum ita agerent, soluit Constantinopoli Piali Bassa, ad decimum septimum Aprilis cum triremibus octuaginta & triginta biremibus. Venetijs verò per idem tempus etiam soluerunt triremes septendecim, quarum duces hi erant:

Vincentius Canalis.

Ioannes Contarenus.

Ludouicus Landus.

Iacobus de Priulis.

Andreas Tronus.

Simon Guorus.

Hieronymus Canalis.

Bernardus Iustinianus.

Ludouicus Pasqualigus.

Franciscus Contarenus.

Hieronimus Salamoncus.

Ioannes Mocenigus.

Thomas Michaelus.

Marcus Molineus.

Marcus Antonius Foscarinus.

Petrus Treuisanus.

Donatus Tiepolus.

Cubatus interim, cùm re infecta Venetijs discessisset, Constantinopolim rediit pridie Idus Maij. Selimus verò ubi cognouisset, quod senatus illi petitum regnum denegasset, vehementer obstupuit: id enim omnino illi præter expectationem acciderat. Quamobrem perturbatus admodum, per duodecim suos ministros, quos Chiaos vocant, statim detineri curauit Venetorum legatum

CONTRA VENETOS

13

gatum cum tota familia: à quo tamen prīus aufugerat
 Vincentius de Alexandris, qui discendæ lingua causa il-
 lic prius commorabatur, & vbi Venetias peruenisset si-
 gnificauerat, quantos Turcæ apparatus terra, marique
 facerent. Iam igitur ad decimum quintum Maÿ instru-
 età planè erat classis Turcica, & postridie deinde Byzan-
 tio soluit Ali cum triginta sex triremibus, biremibus duo
 decim, duabus Venetorum nauibus onerarijs, quas nu-
 per illis. Cademerat, quatuor Turcicis, uno Machometi
 Visiri Galeone (quo nomine genus quoddam omnium
 maximarū nauij vocant) Mahonicis octo, Passacauallis
 quadraginta (his nominib. vocant naues quib. equivehū
 tur) & multis præterea alijs nauigij, omni munitione
 rerūq; necessariarū genere instructis, quib. præerat Mu-
 stafa Bassa, rerū quę terra administratur primarius dux.
 Piali verò, quę prius soluisse diximus in itinere Tinā Ve-
 netorū insulā in Aegeo Mari (quod Archipelagum vo-
 cant) sitā deuastauit, sed nō sine insigni suorum clade.
 In hisce turbis maximisque bellorum apparatibus, di-
 scessit ex hac vita Petrus Loredanus Venetorum prin-
 ceps: eiique suffectus est ad quintum Idus Maÿ Aloysius
 Mocenicus, & die postero cum maximo applausu om-
 nium publice declaratus. Ipsis verò Idibus huius men-
 sis, Sebastianum Venerium summum Corcyrae præsi-
 dem, declararunt itidem S. Marci procuratorem, cui mu-
 neri Mocenicus antea præfuerat. Philippus autem Hi-
 spaniæ Rex, cùm ob hosce motus Turcarum, non mi-
 nus suam ditionem quam Venetorum, periculis obno-
 xiā esse intelligeret: summa diligentia agebat, vt in ma-
 ritimis locis regni Neapolitani, Siciliæ, Sardiniae, Corsi-
 cae, Herculei freti & alijs locis miles conscriberetur. Eiuf-
 demq; exemplum sequutus est mox etiam Pius V. sum-
 mus Pontifex, & Venetis præterea ad hoc bellum, duo-
 decim triremes suis sumptibus instructas obtulit.

DE BELLO TVRCICO

Nec defuere multi præterea alij viri illustres , qui Ven-	
tis in tam iusta causa sponte sua auxilia obtulerunt: quo	
rum catalogum ordine subscribam.	
Patriarcha Grimannus obtulit	ducatos mille
Patriarcha Barbarus	ducatos mille
Honofrius Maggius Brixianus eques	ducatos bis mille
Pandolfus Attauantius Florentinus	ducatos mille
Episcopus Ciuidalus	taleros sexcentos
Episcopus Valerius	ducatos mille
Episcopus Vicentinus	aurcos numos mille
Abbas Julianus	ducatos mille
Patriarcha Venetus	ducatos mille
Episcopus Torcelli	ducatos mille
Episcopus Pisanus Venetus	ducatos mille
Cyprius Archiepiscopus	ducatos bis mille
Ciuitas Bergamensis	ducatorum decem millia
Ciuitas Patauina	ducatum noningentos
Cuiuitas Vicentina	ducatorum duodecim millia
Benedictus Ciuranus	ducatos ducentos
Ostatianus Grimannus	ducatos bis mille
Multi quoque certo numero militum stipendia pro	viginti.
Repub. soluere voluerunt,cuiusmodi fuerunt: Andreas	mille
Moresinus,qui in hoc bellum suis sumptibus misit filiu	ducentis
stipatum militibus	centum
Carpassi comes stipendia soluit	vigintiquinq;
Brixiana ciuitas per sex menses	mille
Porcellaga domus per sex menses	ducentis
Ciuitas Veronensis per sex cuiusq; anni mēses quingētis	quingētis
Ciuitas Salona usque ad belli finem	centum
Ciuitas Treuisana per sex menses quadringentis stipen-	aureos
dia soluit,exposuitque pro singulis mensibus	mille ducentos
nummos	vigintquinque
Lucretius Gambaræ comes suis sumptibus in hoc bel-	Nicolaus
lum profectus est cum militibus	

CONTRA VENETOS

13

Nicolaus Gambaræ comes cum	vigintiquinq;
Marcus Antonius Martinengus comes cum	triginta
Nobiles Patauini singuli singulis stipati	ducentis
Petrus Lippomanus eques cum	triginta
Ferrantes Aueraldus cum filijs	tribus
Benedictus Ciuranus ad finem belli vsq; cum	quatuor
Domitianus Moschettus Romanus cum	viginti
Sergius Pola cum	duodecim
Nobiles Mediolanenses	quatuor
Quidam operā suam in milite conscribendo cumque Venetis adducendo obtulerunt: cuiusmodi fuerunt hi:	
Sfortia Palauicinus obtulit milites	quinquies mille
Paulus Vrsinus	quatuor mille
Hieronimus Martinengus	mille
Aloysius Martinengus	mille
Cæsar Caraffa	mille
Hippolytus Porti comes ducentos leuis armaturæ equi tes 200. aut si mallent, pedites	mille
Brunocus Zampescus	millia tria
Fabius Pepoli comes	duo millia
Paffottus Fantazzius	mille
Millenarius Spoluerinus	mille
Palauicinus Rangonius	tria millia
Camillus Fantuzius	duo millia
Rubertus Malatesta	mille
Astoris Bolionei coniunx	duo milia
Alexander Zambecarius	mille
Alfonsus Vitellius leuis armaturæ equites ducentos & peditem	quatuor millia
Hercules comes de Contrarijs	duo millia
Petrus Augadrus Ferazzi comes	quatuor millia
Nicolaus Zambaræ comes	duo millia
Atrij ducis filius	duo millia
Julius Rangonius	mille

DE BELLO TVRCICO

Camillus Bonacellius	mille
Maluezius Fautius	mille
Montebelli comes	duo millia
Aloysius Auogadri comes	duo millia
Franciscus Martinengus comes	centum quinquaginta
Ieuis armaturæ equites , aut si mallent, pedites	mille
Hercules Saulus	mille
Otauius Tienę comes	mille
Renutius Ottoneus	mille
Cesar de Penna	mille
Galeazius de Vepijs	mille
Honorius Ciotus	mille

Ex quibus omnibus manifestum est, Venetis breui temporis spacio oblata esse in prompta pecunia, aureorum num̄um quadraginta sex millia & octingentos. Præterea soluta stipendia in militum quindecim millia, & septuaginta octo: Eorum verò stipendijs addicta quinquaginta octo hominū millia atque ducentos fuisse. Eodem autem mēse Maio, soluerunt iterū Venetijs triremes armatae viginti duæ, cū binis nauibus onerarijs magnis, quas Galeazias vocant: quarum omniū præfecti fuerunt hī:

Zaccharias Barbarus
Nicolaus Donatus
Marcus Donatus
Iacobus Maurocenus
Aloysius Bembus
Franciscus Dolfinus
Augustinus Sanudus
Franciscus Grittius
Vincentius Quirinus
Ioannes Balbius
Andreas Tiepolus
Hieronymus Tiepolus
Zaccarias Valterius

Ioannes

*galeazias nam
fuit curator*

CONTRA VENETOS

17

Ioannes Baptista Quirinus
Gabriel Emus
Franciscus Badoarus
Petrus Franciscus Malipetruſ
Andreas Donatus
Franciscus Cornarus
Hieronymus Pisaurus
Sfortia Palauicinus
Laurentius Barbarigus
Franciscus Duodus, magnarum oneriarum nauium
præfector

Iacobus à Musto, alterius nauis magnæ præses,
In Corcyram præterea misit respub. quatuor naues
cum mandatis ut ibi armarentur, quarum duæ per la-
deram, aliæ verò binæ per Catarum deueherentur.
Sed Piali interin cùm ad V. Calend. Iunij, classem suam
in Eubœa commeatu instruxisset, versus Rhodum con-
tendit, & in itinere Alim'atq; Mustafam cū reliqua classe
reperit: itaque coniunctis viribus Rhodum Calendis
Aprilibus appulerunt. Sebastianus Venerius autem S.
Marci procurator & summus Corcyrae præfector, apud
se iam in Corcyra Iacobum Celsium classis curatorem
habebat, & decem præterea triremes, quibus scilicet im-
perabant:

Ioannes Bembus
Ioannes Baptista Contarenus
Alexander Contarenus
Petrus Badoarus
Nicolaus Lippomanus
Vincentius Maria Priuliſ
Catharinus Malipetruſ
Petrus Michettus de Sibenico
Colanes Drasius de Chero.

C

Quamobrem arrepta occasione, Sopotum Turcarū
 in Albania munitionem, nec multum à Coreyra distan-
 tem aggredi constituit: præsertim quod Manoliū Mar-
 murium Epirotam secum haberet, virum fortem, & cui
 earum regionum conditiones notæ essent. Instrutis er-
 go triremibus vti opus esse videbatur, Corcyra discessit,
 & septimo Iunij eò peruenit, & vbi exposito milite, arcē
 tormentis bellicis per triduum verberasset, coegit Tur-
 cas eam deserere, quorum tamen major pars iam aufu-
 gerat, quia de defensione dubitauerant. Venerius igi-
 tur loco occupato atque munito Manolium Marmuriū
 præfecit. Sed Bassæ Turcici, postquam triduum Rhodi
 commorati essent, versus Aperras, quæ in Natolia non
 procul à Cypro sitæ sunt, iter direxerunt cum vñincrā
 classe, vt acceptis ibi equitibus, peditibus & Ianizeris, eos
 in Cyprus veherent. Interea Hieronymus Zaneus sum
 mus imperator Venetorum, cum classe & tanto homi-
 num numero ladera se amplius sustinere nō poterat:
 itaque in Corcyram traijcere constituit, s̄ erans sc̄ classē
 ibi reficere posse. Fuerāt enim ibi maximæ difficultates
 quod Turcæ perpetuis excursionibus vicinum ladera
 tractum, maximè Comitatum vastauerāt, pecora enim
 frumentaque ex agris abducebant, homines occidebāt,
 segetes incendebant, tamque furibundi erant, vt ne-
 nio absque periculo extra mœnia egredi possit. Quam-
 nis enim ipsi cum equitatu multisque peditibus s̄æpe
 erupissent, vt agros defendarent, res tamē ita erant con-
 stituta, vt nullo modo sperari posset aliqua victus acqni-
 rendi ratio. Ex Apulia quidem, Piceno atque Venetijs
 multa auxilia adducta fuerant, quibus vrbs atque vicini
 commeatu & præsertim biscoctis panibus subleuabā-
 tur, sed longè tamen aberat, quin tanto hominum nu-
 mero possent satisfacere: ex qua annonæ caritate conta-
 giosi quidam morbi atque incurabiles orti erant, ijsque
 magis

CONTRA VENETOS

19

magis magisque grassantibus, exercitus consumebatur.
Quibus omnibus causis permotus Zaneus, pridie Idū Junij illinc soluit, & die sequenti ad Corcyram appulit.
Marcus Quirinus autem triremibus suis optimè instru-
ctis, saepe Creta soluere conatus fuerat, sed tempestate
aduersa impeditabatur, quod aduersus hosce uentos re-
mis nauigare non posset, minusque exercitatos remiges
haberet, oporteretq; etiam naues coniunctas, progre-
di, ob periculum quod à Turcis per Aegeum mare nauigantib. impenderet: nihilominus tamen advicesimum
octauum Junij soluit, vt versus Corcyram contendeter,
cum triremibus in eo regno armatis viginti atque una,
quibus pricerant:

Ioannes Franciscus Zancarolus.

Nicolaus Auanalis.

Andreas Calergius.

Paulus Polanius.

Petrus Barbarigus.

Alexander Vizzamanus.

Ioannes Michael Vizzamanus.

Antonius Zancarolus.

Franciscus de Molinis.

Jacobus Calergius.

Philippus Polanius.

Vincentius Zancarolus.

Hieronymus Zorzius.

Franciscus Bonus.

Petrus Barbarigus.

Antonius Bonus.

Franciscus Cornarus.

Franciscus Mudazzus.

Nicolaus Fretellus.

Georgius Barbarigus.

Ioannes Dandalus

è Rhithymna.

ex Cania.

ex Creta.

C 2

Atque in hoc quidem itinere Quirinus, arrepta occasione, arcem quæ in Mainæ promontorio ad Quaglia rum Peloponæsi portū sita est, expugnare decreuit, quod ob eam rem à proposito itinere nullo modo desistere opus esset. Cùm enim is percommodus portus esset, qui illâc manigant, tamen ad eam usque diem Christianis inutilis fuerat propter illam arcem. Appulit igitur eò quarto Calend. Iunij noctu: utque occultus esset, post vicinum promontorium substituit. Summo manè autem quoddam dimisit, qui loci conditions situmque explorarent, simulque mediocrem sagittariorum numerum occupare iussit collem, qui è directo arcis positus erat, in eum finem scilicet, ut quād primum ipse cum triremibus ad portum, arcem verberatus accederet, ipsi quoque hostes ad muros defendendi sui causa currentes, suis telis pellerent & à defensione prohiberent. Nec illum sane refellit: nam Turcæ qui in arce erant cum triginta sex machinis bombardicis, ferè omnibus magnis, fessæ ad defensionem pararunt: sed post paucos ictus cedere sunt coacti. Sagittarij enim ex aduerso colle, illos telorum multitudine à muris depulerant, ad quos, ob tantum eorum qui occidebantur numerum, cùm ne accedere quidem amplius auderent, fessæ in fortē quandam turrim receperunt. Quirinus igitur, cognito quod muros deseruissent, propius cum triremibus accedens, multis è suis exposuit, qui adhibitis scalis, alijsque ad expugnationem idoneis instrumentis, arcem facile occuparunt. Et ubi intellexissent, Turcas vitandorum telorum causa, qui ex aduerso colle iaciebantur, intra turrim celasse: conuerterunt in illam eadem illa tormenta bellica quæ ibi deprehenderant: & magnos præterea fumos ante portas excitarunt. Itaque Turcæ de salute sua desperantes: nec expectatis tormentorum ictibus, captiuos se dederunt, ea conditione, ut illis vita conseruaretur: quod proinde

CONTRA VENETOS

21

Proinde illis fideliter seruatum fuit. Quibus ita cōfectis
arcē ipsam, actis cuniculis, & puluere bombardico reple-
tis, igni planè diruerunt, soloq; & quarunt: ne scilicet de-
inceps Turcis vñi esse posset: deinde amplissima p̄r̄da
captiūisque onusti versus Corcyram contenderunt.

Piali verò postquam viginti octo dies ad Aperras de-
gisset, magno Ianizerorum numero nauibus imposito,
versus Cyprum iter direxit, habebatq; iam secum:

Triremes centum sexaginta.

Biremes & triremes paruas sexaginta.

Maonias octo.

Naves onerarias sex.

Galeonem magnum vnum.

Palandarias tres

Passacauallos quadraginta.

Caramuscalinas triginta.

Seafas quadraginta.

*hæc nomina sunt nauium
quibus equi & impedi-
menta vehuntur.*

Venetijs interea, toto Iunio mense reliquum classis
adornabatur, cum Galeone Fausti ab eiusdem nominis
artifice appellato, cui p̄fectorus est Hieronymus Conta-
renus. Supererant tantum biremes septem adhuc at-
que duodecim Arsiles. Itaque habebant tunc Veneti
vnā cum Cretensibus, illic triremes communes centum,
viginti septem, & anteavnam atque triginta armauerāt,
itemque vndecim triremes magnas, naues onerarias
quatuordecim, magnum illum Galeonem, & præterea
multas alias naues onerarias, ac varia nauigia in diuersa
loca cum auxilijs miserant. Neque deerant porrò suo
muneri, sed alias præterea triremes, biremes, & naues
longas armare, easque paulatim dimittere satagebant.
Soluere ergo tunc reliqua triremes communes & ma-
gnæ, & vnā cum illis

Vincensius Quirinus.
Antonius Bragadinus.

C 3

DE BELLO TVRCICO

*(Balcanis sunt
regum fai remata)*

Laurentius Bernardus.

Andreas Pisaurus.

Marcus Michael.

Zacharias Salomon.

Marcus Antonius Moresinus.

Ambrosius Bragadinus.

Hieronymus Contarenus.

Nicolaus de Musto.

Vndeclim Arsiles miserunt in Picœnum.

Almorus Tiepolus biremum dux.

Marcus Vitturius.

Iustinianus Iustinianeus. } cum biremibus.

Quia in re Veneti profecto, potentiam suam permagna esse demonstrarunt; quod in tanta Annonç caritate & postquam in armamentario suo tam memorabile incendium perpessi essent, nihilominus tamen insignem hanc classem omni rerum necessiarum genere instrutissimā comparassent: & qui quaginta præterea alias tries cōmunes, quatuor magnas, & duodecim biremes de nouo instruebant, alias vero naues incendio fractas p multas restaurabant. Sed Piali iam Calend. Iulij, quo die Quirinus in Corcyra cum præda peruenerat, ad Limisū Cyperi oppidū appulerat: ubi cum non haberet qui ei resisterent, militē exposuit, multosq; captiuos duxit. Postero die cū classe vsq; ad Salinas peruenit, & cū neq; hic quisquam resisteret, magnopere gauisi sunt, & absq; vlo impedimento peditatū, equitatū, machinasq; bellicas & reliqua impedimenta omnia perendie exposuerunt. Cur autem incolæ ijs se non opposuerint, cū descenderet, in causa fuit, quod exiguum equitatū haberent, quo in ea Insula, cuius ambitus patet ad septingenta millia passuum usq; illorū descensum nequaquam prohiberi posse putarunt: deinde ab eodem hoc Salinarum loco aberat Nicosia triginta passuum millibus, neq; si res male celisset,

singuli cum trirēmi bus magnis, quas Galazias vocant.

CONTRA VENETOS

23

fisset, in eam redire facile potuissent: quod si tantum
 quatuor aut sex millib. absfuisser: certe fortunam essent
 experti. Hisce igitur ita confectis, equitatus, qui ad Salis-
 nas erat Roccaso comite duce, Nicosiam concessit. Mu-
 stafa vero occupato agro munitiones quasdam ad Salis-
 nas construxit, deinde dimisit Piali cum centum trire-
 mibus, viginti Passacauallis & duodecim Maonicis (qui-
 bus duob. nominib. naues appellant equis & impedime-
 tis alijs vehendis aptas) in Aiazzinum Sinum, vt equita-
 tum reliquum cum peditatu atq; Ianizeris exciperet. Ali-
 autem eodem tempore cum reliqua classe ad Setelias sinum
 trajectere iussit, vt militem in ea regione conscriptum ad
 uheret. Neq; n. velle se illinc castra mouere, donec vni-
 ueras copias decretas ad eam expeditionem, coniunctas
 haberet. Dum haec ita geruntur, Catholicus Hispaniae rex
 Philippus intellexerat iam, Turcicam classem aduersus Cy-
 prum contendere: quam obrem Ioanni Andreae Auriæ Melfi
 principi imperauit, vt cum quinquaginta triremib. Mel-
 senam se recipere, ac Venetis in quib. opus haberent,
 auxilio esset: quamuis tunc temporis, foederis inter ipsos
 conditiones nondum confirmatae essent: nec decesserent quo
 que tunc impedimenta, vt solet plerumq; in ijs rebus acci-
 dere, quæ non sunt penes vius potestatæ. Cum igitur ita
 vniuersa Venetoru classis ad Corcyram esset, Zaneus su-
 mus illius imperator Sebastiani Venerij eius insulæ cu-
 ratoris cōsilijs persuasus, Malgaretinam arcem non procul
 illinc distarem, inuadere decreuit: quod id multis de causis
 faciendu sibi existimaret. Itaq; delegerunt ad eam re Sfor-
 tiam Palanicinum, eiq; cum quinquaginta triremib. quin-
 que hominum millia & quatuor bellicas machinas ma-
 gnas attribuerunt: sed ille, vbi quarto die Iulij sub nocte
 eo peruenisset, & exposuisset in terram militem & belli-
 cas machinas, vna cum industrio quodam viro, alijsq; du-
 cib. quos secum abduxerat, loci situm naturam cōsiderauit.

DE BELLO TURCICO

22 July ad 70
 Eius verò expugnationem longè difficulter deprehendit, quām fuisset ei significatum: quia arx in summo colle sita, à quinquaginta solis viris defendi poterat: quo accedebat etiam, propter loci naturam, ut tormenta bellica nequirent eò adduci vnde arcē verberare possent, & metuendum erat præterea, ne ob sessis mox suppetiae aliæ ferrentur. Itaque postquam suburbia combusisset & agrum excursionibus deuastasset, relicto instituto, militem cum impedimentis septimo eius mensis die nauibus iterum imposuit. Vicesimotertio deinde eius mensis, soluit è Corcyra vniuersa Venetorum classis, ut in Cretam nauigaret: existimarent enim cum ad militem & remiges comparandos, tum ob alias Cyprī subueniendi occasiones, melius esse ut eò se conferrent. Inter nauigandum autem diligentem nauabant operam, in milite, remigibus, alijsque rebus necessarijs comparandis, quibus classem superioribus in commodis propè desolatam reficerent. Piali & Ali interea, quorum alter in Aiazzi, alter in Settelię sinum profecti fuerant, cum præsidij ad Salinas vicesimo secundo Iulij redierant: quibus expositis, Mustafa illinc statim castra mouit & versus Nicosiam contendit. Dicitur autem, habuisse tunc: equitum quatuor millia, millia sex lanizerorum, & peditum quatuor millia: nec non plurimos alios spontaneos, quorum numerus sciri non potuit. Ceterū progressiebatur tunc exercitus ille non sine metu insidiarum: quod viderentur sibi, campestria Insulae loca nimis facile occupasse. Sed nihilominus tamen ad vicesimum quintum eiusdem mensis peruenit ad urbem peditatus & die sequenti codem accessit equitatus solis quingenitis exceptis, qui è Salinis statim ad Famagustam obsidem missi fuerant. Vbi igitur iam vniuersus exercitus ad Nicosiam conuenisset, castra posuit. Mustafa partim in campestri loco cum erectis tentoribus, partim ad Man-

CONTRA VENETOS

25

dix colles, vbi ipse suum tentorium habebat, foderatq; *Nicosia in Cyprio obf/ia*
 profundos puteos, maximam aquarum copiam suppeditantes: subsiderat quoque magnus equitum peditū-
 que numerus, è regione S. Clementis, quo loco Cita-
 dellæ aquæ nascuntur. Erantque etiam erecta tentoria,
 propter fontes qui ibi sunt, in casalib. Galanga & Cala-
 sa, quæ loca ab vrbe quinque passuum milibus absunt.
 Ceterum in ipsa vrbe Nicosia erant tunc, q; qui modo
 recensebuntur.

Nicolaus Dandolus, Cypri prorex.
 Carpassi comes, Collateralis.

Petrus Pisanus

Marcus Antonius de Priulis.

Ioannes Longus.

Petrus Pasqualigus.

Antonius Albinus magnus Cancellarius.

Ioannes Baptista Columba.

Maggius Eques, Industrius, cuiusmodi Italies vocantur
 Ingegniari.

Eques Stratiotæ (vt vocantur) quingenti.

Eques stipendijs conducti aut feudatarij quingenti,
 cum bono rusticorum numero.

Dux Palazzus cum peditibus mille trecentis.

Pioueneus Vicentinus dux militaris.

Albertus Scotus.

Ioannes Falerius.

Pocopanis dux militaris, alijque nobiles milites Itali
 cum multis insulanis.

Erat autem interea Zaneus cum classe supra Metho-

nem, ad eumque postridie Calend. Augusti peruenit
 Marcus Quirinus Sinus Veneti præfctus, cum medio-

tribus copijs, quas ex vicinis insulis collegerat, vt classē
 reficeret, & tertio deinde die simul omnes ad Picernam

Cretæ portū, atq; hinc ad Amphimale appulerūt: vnde

D

DE BELLO TVRCICO

multos dimiserunt; qui per Aegeum mare militem cō-
scriberent, vt si summi Pontificis classis adueniret quā
intellexerat mox affuturā certō, ipsi quoq; esent instru-
ēti. Ipse verò Marcus Quirinus, vt quo in statu res hosti-
um esent exploraret, septimo Augusti, versus Rhodum
nauigauit, & vicesimo quarto deinde reuersus, eos iani
in Cypro esse nuntiauit. Sed Mustafa qui iam ad Nico-
siam castra habebat, primum omnium circa valla mu-
nitioñesq; inequitando, obfessos ad prælium inuitabat
non tamen id placuit Collaterali, quare noluit vñquam
vt exirent, yna tantū vice excepta, qua Cortesū Stratio-
tam ducem militarem amiserunt. Turcæ igitur, vbi in-
tellexissent oppidanos non amplius ad prælium prodi-
tueros, munitiones & valla construere cœperunt. Pri-
mumque in Collib. S. Mariæ, centum & triginta passi-
bus à Podocataro vrbis munitione, magna celeritate ex-
truxerunt: & quidem sine multis impedimentis: nam
etsi è Podocataro, & Caraffa cum octuaginta tormen-
tis bellicis primum prohiberentur, noctu tamen nem-
ine impidente, id perfecerunt, & inde postea domos iu-
xta forum fitas verberabant: sine magna tamen homi-
num cæde. Alterum vallum extruxerunt ad S. Georgiū
Magnanæ, vnde domos itidem verberabant & nostris de-
fensionem prohibere conabantur: sed ad domos ferien-
das, parum illis deinceps profuit. Tertium in Margeri-
tino colle condiderunt, inter Constantium atque Podo-
catarum vrbis munitiones, & quartum deniq; in Tho-
mādiæ colle. Ex hisce aggeribus munitionibusque inis
parum muris nocebant, itaque proprius accedere cœpe-
runt ad mœnia veterisque ciuitatis littus: atque hinc
deinde ad Podocatarum, Constantium, Daulam & Tri-
polim munitiones, cum fossis proprius accedentes, qua-
tuor alios aggeres magnos extruxerunt, ex quibus, qua-
tuor diebus continuis, urbem cum sexaginta machinis

CONTRA VENETOS

27

bellicis feriebat, nec vñquam toto die cessabant, præter quam sub meridiem quatuor horas, ad sese recreandos ex immenso calore, & machinas quoque refrigerandas. Zaneus interea temporis cum classe in Creta erat, & eam instruere sat agebat, dimissisque hinc inde biremis, vbi hostes essent explorabat: cumque ab omnibus renuntiaretur, quod in Cypro forent, simuletiam eò apulit Franciscus Tronus cum triremi è Cypro veniens, qui de rebus ab hostibus eò usque gestis, & quo in statu Nicosiae res essent, singillatim nunciauit. Soluerunt quoque Venetijs peridem tempus cum triremibus atq; biremis hi duces:

Laurentius Coccus.

Franciscus Treuisanus.

Thomas Moresinus.

Laurentius Iustinianus.

Laurentius Pisanus.

Paulus de Molinis, Gubernator.

Et Ioannes Andreas Auria summus Hispanicæ classis dux, cum Marco Antonio Columba Pontificiarum copiarum ductore, Messana soluens ad Iapygiam traiecit: cumque ambo suorum dominorum Venetis succurrerent, desiderium cognoscerent, inde versus Cretam contèderunt, quamvis Venetorum classem illic male affectâ esse intellexissent.

Cæterum Mustafa cum cerneret bombardicos ieiustus, non id quod cupiebat efficere, sed frustraneos incidere in terram, nec mœnibus noxia esse: proprius ad urbem accedens cum ligonibus & palis, profundas foueas fodit. Oppidanis è contrâ illum impediebant & modò disto, modò transuersim telis suis Turcas petebant: sed illi tamen nihilominus ad interius vallum usque peruerterunt, vbi foueam maximam fodientes, terram versus urbem proiecerunt, sicq; locū plurimi sclopetarij tu-

D 2

DE BELLO TVRCICO

tum pararunt, qui noctes atque dies nostros ad mœnia defendenda accedentes infestabant. Erant autem & te liqui aggeres hostium atque munitiones præ grandibus fossis circundatae, vt in ijs ad custodiam magnæ machinæ seruarentur: nec possent nostri illos telis, peditatu vel equitatu absque periculo adoriri. Coepere postea fossis in longum ductis, & terra quæ effodiabantur, in latera proiecta, intra mœnium quoq; fossas peruenire: & quia sic à nostris lædi poterant, alios transuersos aggeres terra atque lignorum fasciculis, quos illorū equitatus procurul adferebat, congefferunt: sicque se se muniuerunt, & deinde angulos vallorum rumpere coeperunt.

Quæ dum obsessi cernerent, maioris periculi metu prope coacti, magno impetu erumpunt, cum magnorum sticorum atque Italorum numero, ad decimum quintū Augusti sub meridiem: sciebant enim Turcos, præterquam vesperi & manè facere solerent, ea hora requiescere & sub umbra dormire. Prodierunt igitur millemuero pedites, Piouaneo Vicentino Collateralis Vicario duce. Is autem, etiamsi ex equo strenuè quoque dimicaret, eo die tamen pedes exire voluit, atque cum peditatum, vnā cum Alberto Schoto comite, alijsque præstantibus viris Italis & Græcis, tam feliciter duxit, vt in hostium usque conspectum peruenientes, binas illorū munitiones occuparint: quas vtique Turcæ maioris numeri metu statim deseruerat. Etenim nostris aduenientibus tanto metu perculsi fuere ubique in tentoriis, vt maior pars fugam capesseret. Sed cum ijs postea equitus suppetias ferret, antequam nostri equites, qui ordine exire cogebantur, peditatui succurrerent: cedere in latus coacti fuerunt, amiseruntque Pioueneū & Schorū captos. Capti præterea è nostris fuere Pocopanij ducis vicarius, alijsque centum circiter Itali & Græci: reliqui in urbem cum amplis hostium spolijs, bombardis, Turcicis

CONTRA VENETOS

29

Nicosia obffsa
 cisis pileis (quos tulipantos appellant) atque gladijs
 Turcicis se receperunt . Neque vero deinceps amplius
 prodeundum esse existimarunt , quod id nimis magno
 periculo fieret : quare liberum ferè erat iam hostibus
 ad moenia diruenda accedere . Fanus autem præcipuus
 dux militaris in Podocatarum & Constantium munitio-
 nes , occlusis earum orificijs sese recipere suasit , idem q;
 in Tripoli & Dauila munitionib. faciendum esse placuit
 Ioanni Sozomeno . Iam ergo impediri non poterant
 hostes , quominus modò vna cum scalis , modò plures ,
 nonnunquā omnes quatuor vrbis munitiones simul cō-
 scenderent : sed repellebantur tamen à nostris fortiter ,
 nec sine vtrorumque cæde & artificialium ignium ia-
 stura . Itaque nostri necessitate coasti , literas arbitriatas
 obscurioribus characteribus Famaugustam misere , qui-
 bus auxilio mitti sibi postulabant aliquas peditum co-
 pias : cumque nullum ab ijs responsum acciperet , quod
 res ipsa erat , interceptos nuntios arbitrabantur : nec
 multò post Turcæ captos illos ante moenia ostendebat ,
 vt auxiliorum spe frustrati , se dederent . Illi tamen nihi-
 lominus benè sperantes , Ioannem Baptistam Colum-
 tum ducem militarem summiq; iudicij virum , mul-
 tæque authoritatis , ad eam denuò urbem ablegarunt :
 qui magno cum vitæ suæ periculo eò profectus , absque
 auxilijs reuersus est . Cumque iam etiam extrema neces-
 sitate cogente , auxiliorum causa ad Montanos scripsis-
 sent , fuere itidem nuntij intercepti .

Dum hæc ad Nicosiam agerentur , Piali qui in Salinis
 se continuerat , illinc soluens Rhodium vsque cum cen-
 tum triremibus excurrit , vt quid rerum ageret Christia-
 norum classis exploraret . Cumque eandem ob causam
 ad vicesimum Augusti mississet versus Cretam quinque
 biremes , cæque expositis quibusdam in terram , quinque
 insulanos cepissent : cognouit ex illis , Venetorum classe

DE BELLO TVRCICO

ibi esse male affectam, propter morbos quos prius per-
pessa fuerat, neque inde discessurā, priusquam Hispani-
cam classem, quam indies expectarēt, secum coniunctā
haberet. Quibus rebus cognitis ille, quā primū ad Sa-
linas rediit, & quid intellexisset alijs nuntiauit.

Per idem ferē tempus nuntiatum est in Creta, quōd
iuxta Gabrusas occiduam insulæ partem, classis quedā
traiiceret. Itaque Zaneus, id quod erat, coniiciens, Hispa-
nicam classem aduentare, Marcum Quirinum statim cū
sex triremib. dimisit, vt nū id certū esset exploraret: atq;
is discedens pridie Calend. Septemb. cū ipsam vñā cū
Pontificia esse deprehendisset, magno cū gaudio illā ex-
cepit, eiq; coniunctus postero die ad Sudam rediit vbi
Zaneus erat. Iamq; mille passib. ferē à portu aberant, cū
Veneta classis illos minorib. bōbardarum ictib. salutare
coepit: & Zaneus ipse ad hosce duos summos duces Au-
riam Hispaniarū regis præfectū, & Columnam Pontifi-
cium excipiendos cū sua classe prodijt: cūq; istū ferē bō-
bardæ à se inuicem abessent, tantus fuit tormentorū so-
nitus, vt neq; audire nec videre sese mutuo propter su-
mi caliginē possent. Quib. perfectis, classem suā Zaneus
in binas alas explicauit, & cōplexas in medio Hispanicā
& Pontificiam in portum comitatus est.

*1^a Septemb 70
Hispani Viculi et
pays d'au^b grecorum*

Postero die, qui erat Calend. Septemb. conuenēre hi-
tres summi duces, alijq; viri strenui ad consiliū, &cōside-
ratis suis viribus atque hostium progressibus preliū sibi
committendum esse existimabant. Si nāq; Dei gratia vi-
ctoriam obtinerent, intelligebant fore vt Cyprus libera-
retur, & quicunq; ad Nicosiā hostes essent perderentur.
Cum igitur faciendum id sibi decreuissent, vj. Septēbris
Quirinū cū binis triremib. vt hostiū statū exploraret, di-
miserunt. Ipsi verò triremib. quibusdā reparatis, sūptoq;
cōmeatu octaua eiusdē mensis die tota classe difce-
runt, posteroq; die in Cretam appulerunt vbi iterum cā
dem

CONTRA VENETOS

31

dem ob causam dimiserunt Aloysium Bembum, Ange-
lam Surianum, & Vincentium Mariam de Priulis.

In Cypro autē Mustafa occupādæ Nicosiæ causa omnia tentauerat: & propter strenuā eorū qui obsidebātur defensionē, deficiebat ei quotidie miles, vt non amplius iā nōs, quos haberet, copijs, vrbē occupare posse speraret. Itaq; eas, quantū posset, augēdas sibi esse existimauit: eu-
ius rei causa, missis ad Ali atq; Piali, qui ad Salinas erāt, legatis binis rogauit, vt ex singulis triremib. centenos vi-
ros sibi deligerent, sine quib. vrbē occupare non posset. Neq; n. sibi aliud ad cā rē deesse iam, quā magnū peditū numerū, quo Christianorū defensiones distraheret atq; su-
peraret: presertim, qđ facile nūc aditū ad expugnationē parasset. Qui Bassæ deliberandū sibi de hac re cū suis cē
suerunt: nietuebant. n. si illi militē concederent, ne forte à Christianorū classe ex improviso inuaderētur. Sed cū diuersæ inter eos opiniones essent, prēualuit tandem eorū sententia, qui aiebant fieri nō posse, vt Veneta Hispana-
difficilē. n. esse pluriū imperatorū in exercitu cōsensum, cuius rei documentū quoq; sumi posset, ex fœdere qđ
aduersus Turcas ante aliquot annos ipsi idē prius habuīs-
sent, cuīs rei diligentē memoriam retinēt. Hac ratione igitur freti, Mustafæ qđ petebat concesserant. Itaq; ad octauū Septēbris, ante solis ortū exposuēre singulē trire mes suos centenos: qui Ali ductore, viginti milliū nume-
ro, eodē die adhuc sub vesperā ad Nicosiā peruenērūt: &
à Mustafa magno honore atq; gaudio excepti, eadē no-
cte, quę diē dominicū nonū Septēbris precedebat paulo
ante solis ortū, magno impetu adorti sūt quatuor vrbis munitiones. Et Podocatarū quidē Caramanus Bassa cū
suę nationis milite oppugnabat: Cōstantiū Mustafæ Bas-
sa, Tripolim & Dauilā Mustafa atq; Ali cum nouis trire-
miū copijs euertere conabantur. Iamque omnes simul
magno impetu expugnationem aggressi erant.

DE BELLO TYRCICO

Oppidani ex aduerso pro more se fortiter defendebant,
 atque hostes è muris deieciebant, magna cum utriusque
 partis & præcipue Turcarum cæde: nec tamen de nouis
 hostium copijs, quæ è triremibus missæ fuerant, quic-
 quam intellexerant. Sed post multam dimicationem
 Turcæ, nescio quo infausto sidere, Podocatarum ingressi
 id occuparunt: quo tempore, vno quasi momento ex-
 si fuerunt plurimi strenuiss. milites, qui se fortiter defe-
 debat: quoniam magna rusticorum pars clam fuga sese
 subduxerat. Collateralis auditis tanto strepitu clamori
 bus, cum fratribus, & Palazzo duce cūq; alijs nobilibus
 Podocattaro suppetias laturi currunt. Et quamuis
 tardius accessissent, tamen hostes magna vi magnoque
 impetu repulerunt: sed tantus fuit nihilominus Turca-
 rum numerus, vt paulò post, ab ijs vniuersi interfecti fue-
 rint. Reliquæ munitiones à nostris adhuc defendeban-
 tur, donec hostes urbem ingressi, illos à retrò quoque
 aggredierentur. Quo tempore, miserum atque crudele
 spectaculum cernere erat, strenuissimos quoque, quise-
 fortiter defenderant, clausos in medio esse, nec ullam sa-
 lutis viam sperare. Euaserunt tamen pauci quidam, qui
 per munitionum oricia ex urbe egressi, angustias qual-
 dam occuparunt, & cum paucis è populo sese defende-
 runt. Pugnatum est passim tumultuariè per omnes ur-
 bis plateas, sine ordine, sine duce, usque ad sextam dici-
 horā. Iamque omnes occidebantur, qui adhuc se defen-
 debant, qui verò se dedebant captiui ducebantur. Sed
 tandem Mustafa urbem ingressus tantaque cædem (præ
 tertim ante fores Palati), ubi multi armati pugnabant,
 & Baffi Episcopus, cum intrare cuperet, occisus fuit) con-
 spiciens: suos à pugna abstinere iussit, & Christianos ad
 ditionem hortatus est: vitam scilicet ijs seruaturum
 sese promittens. Ac multi quidem tunc se dediderunt:
 sed non defuerunt tamen, qui maluerint fortiter, & non
 sine

Nicofia birecta
et expugnata

CONTRA VENETOS

33

sine hostium cæde sub armis cadere, quām tanto tyran-
no captiuos se dedere: donec tandem è nobilibus virgin-
ti quinque aut triginta, cum paucis è populo superes-
sent, qui tamen omnes capti fuerant. Vbi cædes finem
habuisset, & miseranda Nicosia militibus prædæ cessis-
set: Ali cum suis à Mustafa discedens, militem nauibus
iterum imposuit & inde cum vniuersa classe soluens, ad
Giardinos, quod nōbis hortos sonat, tribus passuum mil-
libus à Famaugusta substitit. Mustafa verò antequam Ni-
cosia discederet, ad illius defensionem quatuor peditū
millia & equites mille, sub Mustafero duce reliquit: quo
facto cum reliquo exercitu Famaugustam versus contē-
dit. Atque illuc quidem postquam peruenisset, multa
tentauit, vt qui in arce essent, sese dederent. Monstrabat
enim illis magnum captiuorum numerum, vtque ma-
iorem terrorem incuteret, capita quorundam in ha-
stis fixa leuabat. Sed hæc omnia frustra fuerunt, quo-
niam militum animi in vrbe contra hostes iam confir-
mati erant. Castra igitur posuit ad Casale Podatum:
qui locus ab arce tribus passuum millibus aberat. Erant
autem in arce tunc ex nostris:

Marcus Antonius Bragadinus, dux primarius.

Laurentius Tiepolus, qui Baffi dux erat.

Estor Baglioneus.

Ioannes Antonius Quirinus, Quæstor.

Alijque præterea duces & milites fortissimi, om-
nes in re militari iam adulti: qui invicto animo, se
aduersus hostes præparabant. Bassæ Turcici autem cō-
filio habito, decreuerunt, antequam oppugnationem
tentarent, mittendos in Cretam exploratores, quibus
de Christianorum classe cognoscerent: cuius rei causa
Calacelebinum cum sex paruis triremibus statim dimi-
serunt. Sed terni Imperatores Christiani in Creta, impo-
sitis in naues rebus necessarijs, inde Idibus Septembbris

E

soluerunt, ut cum hostibus pugnarēt. Tertio deinde die
 ad Sitiam, qui vltimus illis versus ortum portus erat, per
 uenerunt, & Marcum Quirinum habuerūt obuium: qui
 pro certo nuntiabat, hostes in Cypro esse, & Nicosiam à
 nostris adhuc teneri. Quæ res cum illis animum adiace-
 ret, ad id quod constituerant, exequendum, placuit ipsis
 summis dueibus classem ac vires suas vniuersas cogno-
 scere. Zaneus igitur, ut reliquarum tritemium copias cō-
 pleret, ternas expoliauerat, & de binis iam ante idem se-
 cerat in Creta. Omnibus ergo diligenter considera-
 tis, deprehenderunt in Pontificis classe, qui ad pugnam
 idonei essent (præter illos qui aliâs in triremibus ordi-
 narie continētur) mille atque centum fuerunt, quibus
 imperabant singillatim hī duces:

Venit. 1500 milles.
Georgius Capizucus, magister Castrorum.

Flaminius Zambecarius.

Ioannes Vincentius Valignanus.

Camillus Penelus.

Fabius de Maximis.

Cornelius de monte Oliuo.

Guido Tromba.

Sanctus Corsius.

Philippus Angelus Sanseuerinus.

Darius Osmus.

Hī y unū milles.
53^{oo}
*In classe autem regis Catholici, erant tria millia quingen-
 ti: quibus etiam imperabant singillatim:*

Marcus Pignatellus Castrorum magister.

Ioan. Calefanus, magnus Censor, illis Sergentus dictus.

Franciscus de S. Ioanne, Turris Marca Marchio.

Alfonsus Papacoda.

Lucius Pignatellus.

Ostauius de Capua.

Prosperus de Rogerio.

Venit. 1500 milles.
85^{oo}
*In Venetorum classe erant octo millia quingenti sex-
 ginta unus, quibus praerant hī duces:*

CONTRA VENETOS

35

Sfortia Palauicinus, eorum quę in terra administrantur præfetus primarius, cum peditibus	ter mille
Cæsar Bentinoglius comes, eius Vicarius, qui impera- bat peditibus	trecentis
Lazarus Faterra Castrorum magister, imperabat ducen- tis nonaginta duobus	
Iacobus Malaspina imperabat	ducentis & sex
Camillus Malaspina	ducentis & quatuor
Hector Palauicinus	ducentis
Franciscus Charissimus	ducentis
Antonius de Rossij	centum quinquaginta
Cæsar Bachinus	ducentis
Paulus de Lata præerat	ducentis & vni
Andreas Camelius	centum nonaginta duobus
Camillus Baratierus	ducentis & quatuor
Guerrierius Celanus	centum nonaginta quatuor
Vincentius de monte	ducentis quinquaginta
Ioannes Maria Baldinatius	ducentis
Linus Erotus	{ Magni Censores
Ludouicus Tureus	
Paulus Vrsinus imperabat	mille quingentis
Hieronymus Zambotius	ducentis
Antonius de Caglia	centum quinquaginta
Baro Baroneus	ducentis & nouem
Federicus Bariles	ducentis & ex
Stephanus Pasquinius	centum quinquaginta
Curtius Simonetus	ducentis quatuordecim
Alfonsus Archangelus	ducentis
Hortensius Bienzinus	ducentis & quinque
Hercules Pius præerat	mille quadringentis
Alexander Ceretellus imperabat	ducentis
Franciscus Persius	centum septuaginta sex
Sigismundus Picinardus	ducentis
Alexander Zambecarius imperabat	mille ducētis quin- quaginta tribus peditibus.

E 2

DE BELLO TVRCICO

Paulus Zambecarius præcerat	ducentis quinquaginta
Antonius de Vino	ducentis quinquaginta
Antonius Herculanus	ducentis quinquaginta
Petrus Paulus Mignatellus	quingentis
Rubertus Cugolius	ducentis quinquaginta
Ioannes Maria Roccanus	centum quinquaginta
Augustinus de Fabriano	centum quinquaginta
Octauianus Damius	octingentis
Bonifacius Adamus	ducentis
Antonius Martinengus	quadringentis
Imperialis	ducentis
Ioannes Orlandus ducebat	ducentos
Antonius Thienç comes	trecentos
Rubertus Santonus	trecentos

A Brixiana urbe missæ fuerant ha copie:

Carolus Duccous cum	mille ducentis
Marcus Prouaius	ducentis
Camillus Brunellus	ducentis
Hortensijs Palazus	ducentis
Ludouicus Vgoneus	ducentis

Vrbs Veronensis miserat:

Vgolinum Sessum cum	octingentis
Federicum de Ripa cum	ducentis
Salonensis ciuitas miserat	centum

Aderant etiam Spontanei hi:

Scipio Porcelagæ comes cum	ducentis
M. Antonius Martinengus comes cum	sexaginta
Cæsar Caraffa cum	quatuordecim

CONTRA VENETOS

37

Sergius de Pola	duodecim
Antonius Moresinus	decem
Iacobus Mocoenigus	decem
Brutus eques de Dulcigno	decem
Ludouicus Sancticruceus	octo
Horatius Gonzaga	sex
Ioan. Maria Riminaldus eques	sex
Benedictus Giuranus	quatuor
Bonifacius Beuilaqua comes	quatuor
Bonifacius Padoanus comes	quatuor
Rambaldus Auogadeus habebat	quatuor
Antenor Malefactus.	quatuor
Ludouicus Padoanns comes	tres
Hercules Thaffonius	tres
Cæsar Grottus	tres
Guido de Lona	tres
Eques Montis Sancti	duos
Pataunini nobiles centum;	singuli singulis comitati.

Venerant etiam multi viri nobiles spontanei cum Marco Antonio Columna, Pontificiarum copiarum ductore, quorum catalogus hic est:

Honoratus Caietanus de Sermonetta
Luciti Marchio
Malæspinæ Marchio
Iacobus Frangipanius
Prosperus Castellanius
Iulius Gabrielis
Camillus Accorambonius
Franciscus Dinarius
Biasius Capizucus
Angelus Mazatostus
Celsius de Neapoli

Petrus Benzatus.
 Octavianus Ioachinus.
 Octavianus Albarinus.
 Hieronymus Martellus.
 Tiberius Bocca Podocanus.
 Vincentius de Capis.
 Ioannes Bartholomeus Buccabellus.
 Fulvius Stalla.
 Lælius de Maximis cum binis fratribus.
 Fabritius Villanus, Generalis auditor.

*Fuerunt quoque tunc in classe Veneta præter commitem
moratos, Domini nobiles quatuordecim, videlicet:*

Andreas Barbarigus.
 Christophorus Barbarigus.
 Victor Soranzius.
 Nero Florentinus eques.
 Rosanus Bureterus.
 Iacobus Barileus Bergomensis.
 Iosephus Bagnatus Bergomensis
 Canona Bergomensis.
 Galeazi Bergomensis.
 Lodouicus de Ada.
 Camillus de Bergamo.
 Hieronymus Vicomercatus Cremensis.
 Honorius Barbetta Cremensis.
 Annibal Prouaij comes.

*Aderant tunc quoque, præter eos quos hactenus re-
censuimus, abducti ex Corcyrenibus
munitionibus hi:*

Marcus Calaber qui imperabat peditibus

viginti
Thomas

CONTRA VENETOS

39

Thomas Firmus	centum quinquaginta
Lucius Neapolitanus	centum quinquaginta
<i>Ex Cania verò itidem aderant:</i>	
Aloysius Martinengus, illius vrbis præfctus cum pedi- tibus	duodecim
Antonius de Colle alto eum	trecentis
Aloysius Naldus, qui præerat	quinquaginta

Ex Creta quoque tunc adfuerunt:

Moretus Calaber, vrbis Candiae præfctus, qui præerat hominibus	centum & quinquaginta
Petrus Comes	ducentis
Balthasar Boschettus	ducentis
Fabius Naldus habebat	ducentos
Alexander Trauellus	ducentos

Itaque deprehéndemus, si hæc omnia supputentur, in
Pontifica classe fuisse tunc, præter illos qui aliâs in na-
vibus ordinariè requiruntur, Viros mille & centum, cū
nobilibus viginti tribus. In Classe Hispanica ter mille &
quingentos. In Veneta verò octo millia, quingentos se-
xaginta & vnum. Et præter hosce quingentos, octua-
ginta quinque spontaneos: Nobiles 14: mille sexcentos
quos Brixiana, Veronenſis & Salonenſis ciuitates misce-
rant: & mille sexcentos atque triginta duos denique ex
munitionibus eductos: quorum omnium summa ascē-
dit ad decies septies que mille, & quindecim viros, qui
ad pugnam idonei erant.

Cæterum à Christianis Imperatoribus dum hæc age-
rentur, Caiacelbinus, qui è Cypro explorādi causa à Bas-
sis Turcicis missus fuerat, ad decimū quintum Septēbris 15 / 1761 70
in Cretam peruenérat, & nauim, quæ à quinq; remigib.
Christianis à Salmoneo promontorio versus Sitiā age-
batur, ceperat, ex quib. de triplicis Christianorū classis

coniunctione, & eorum in Cyprum contendēdi animo certior factus, ad suos denuo redijt.

Sed Christiani imperatores, postquam classem rēbus necessarijs instruxissent, decimo seprimo Septembbris, ex Sitia soluerunt, quinta noctis hora. Atque in progre diendo quidem Quirinus cum duodecim nauibus explorandi causa antecedebat: eumque reliquarum nauium agmina insequebantur. A parte vero posteriori duo decim alijs nauibus claudebantur, quas Sanctus Tronus condemnatorum præfectus ducebāt. Erant autem Quirini naues hæ:

- 1 Antesignana ipsius Quirini erat
- 2 Marinus Dandolus ducebat
- 3 Philippus Lioneus
- 4 Ioannes Baptista Benedictus
- 5 Petrus Badoarius
- 6 Alexander Contarenus
- 7 Antonius Pasqualigus
- 8 Hieronymus Tronus
- 9 Catharinus Malipetrus
- 10 Colaneus Drasius de Cherso
- 11 Marinus Contarenus
- 12 Ioannes Baptista Contarenus

*Marci Antonij Columnæ Pontificiarum copiarum du-
cis Ala, constabat itidem duodecim nauibus, qui-
bus hi imperabant:*

- 1 Primæ imperabat ipse Columna & secum habe-
bat Franciscum Brutum, Hierosolymitanum
equitem
- 2 Secundam ducebat Pompeus Columna, cum An-
drea de Somma
- 3 Prosperus Columna cum Io. Matheo Palauicino
4 Matheus

CONTRA VENETOS

41

- 4 Matheus Frangipanius.
- 5 Dominicus de Maximis.
- 6 Horatius Vrsinus.
- 7 Fabius Sanctacroceus.
- 8 Alexander Ferrettus.
- 9 Hieronymus Minottus.
- 10 Aloysius Zorzius.
- 11 Alfonsus Malagutius, eques Hierosolymitanus.
- 12 Franciscus Balioneus.

*Agmen vero Ioannis Andreae Auriae, Melfi principis,
 & Hispaniarum copiarum ducoris, quadraginta
 ta quinque nauibus constabat, quæ his no-
 minibus appellabantur:*

- 1 Imperatoria.
- 2 Patrona.
- 3 Temperantia.
- 4 Donzella, quæ virginem significat.
- 5 Marchesia.
- 6 Donna: quod mulierem nobis sonat.
- 7 Perla, id est Margarita.
- 8 Fortuna.
- 9 Aquila.
- 10 Monarcha.
- 11 Victoria.
- 12 Capitanea Ambrosij Nigronis.
- 13 Patrona eiusdem.
- 14 Bastardella, id est, Spuria eiusdem.
- 15 Noua eiusdem.
- 16 Patrona Georgij Grimaldi.
- 17 Imperatoria Aluari Bazani S. Crucis Marchionis
 & Neapolitani gubernatoris.
- 18 Patrona eiusdem.

F

DE BELLO TVRCICO

- 19 Marchesia.
- 20 Ventura, id est, fortuna bona.
- 21 Fortuna.
- 22 Bazana.
- 23 Leæna.
- 24 Constantia eiusdem.
- 25 Imperatoria Alonziæ Bazanensis.
- 26 San Ioanna.
- 27 San philippa.
- 28 Victoria.
- 29 Imperatoria Bernardini Velasci.
- 30 San Iosephica.
- 31 Sancta Chatarina.
- 32 San Bartholomea.
- 33 Imperatoria Stephani Mariæ.
- 34 Patrona.
- 35 Imperatoria Bondinelli.
- 36 Imperatoria Siciliæ.
- 37 Patrona.
- 38 Vigilantia.
- 39 Cardona.
- 40 Siciliæ.
- 41 San Ioannica.
- 42 Capitanea Imperialis.
- 43 Patrona.
- 44 Imperatoria Nicolai Auriæ.
- 45 Patrona.

*Hieronymi Zanei Venetae classis imperatoris Agmen
hjisce nauibus constabat:*

- 1 Primæ præcerat ipsem et Imperator.
- 2 Secundam Bernardus Sagredus ducebat.
- 3 Augustinus Sannudus.

Georgius

CONTRA VENETOS

43

- 4 Georgius Pisanus.
 5 Iacobus de Priulis.
 6 Natalis Donatus.
 7 Georgius Cornelius.
 8 Bernardus Iustinianus.
 9 Matheus Calergius.
 10 Vincentius Quirinus.
 11 Stefanus Venerius.
 12 Aloysius Bembus.
 13 Thomas Michaelus.
 14 Andreas Tiepolus.
 15 Gabriel Canalis.
 16 Franciscus Cornelius.
 17 Nicolaus Surianus.
 18 Onfreus Iustinianus.
 19 Michael Barbaricus.
 20 M. Antonius Foscarinus.
 21 Marcus de Molinis.
 22 Ioannes Ciconia.
 23 Marcus Antonius Landus.
 24 Petrus Zaneus.
 25 Laurentius Venerius: Priami Legei, qui Venetias
 profectus erat, vicarius.
 26 Nicolaus Lippomanus.
 27 Ioannes Bembus.
 28 Ioannes de Dominis Arbensis.
 29 Marianus Bisantius.
 30 Aloysius Cipicus Trauus.

*Sfortia Palauicinus, rerum que terra aguntur primarius
 dux, harum nauium agmen habebat:*

- 1 Prima p̄ræerat ip̄fem̄ cum Petro Emo.
 2 Franciscus Badoarius.

- 3 Laurentius Barbarigus.
- 4 Petrus Franciscus Malipetrus.
- 5 Dauid Bembus.
- 6 Andreas Donatus.
- 7 Franciscus Grittius.
- 8 Nicolaus Donatus,
- 9 Ioannes Mocenigus.
- 10 Marcus Donatus.
- 11 Ioannes Contarenus.
- 12 Aloysius Pasqualigus.
- 13 Fridericus Nanius.
- 14 Ioannes Baptista Quirinus.
- 15 Andreas Barbarigus.
- 16 Aloysius Landus.
- 17 Zacharias Barbarus.
- 18 Aloysius Emus.
- 19 M. Antonius Pisanus.
- 20 Franciscus Bonus.
- 21 Nicolaus Auonalis.
- 22 Andreas Calergius.
- 23 Petrus Bertolazius è Iadera.
- 24 Ioan. Baptista de Tacco.
- 25 Vigesimaquinta triremis erat Istriana.

*Iacobus Celsius classis Venetæ curator agmen habebat
ex hisce nauibus constitutum:*

- 1 Prima Imperatoria, qua ipsemet ferebatur.
- 2 Secundæ præterat Laurentius Celsius, qui Bartho
lomeo successerat.
- 3 Antonius Bonus Cretensis.
- 4 Iacobus Moresinus.
- 5 Alexander Vizzamanus è Cania.
- 6 Antonius Michaelius.

CONTRA VENETOS

45

- 7 Franciscus Cornelius Cretensis.
- 8 Carolus Quirinus.
- 9 Paulus Polanius de Retimo.
- 10 Franciscus Contarenus.
- 11 Franciscus Muzaius Cretensis.
- 12 Hieronymus Grittius.
- 13 Petrus Barbaricus de Retimo.
- 14 Hieronymus Tiepolus.
- 15 Nicolaus Fratellus Cretensis.
- 16 Donatus Tiepolus.
- 17 Georgius Barbaricus Cretensis.
- 18 Antonius de Caballis.
- 19 Ioannes Dandalus Cretensis.
- 20 Franciscus Zenus, qui Iacobo Salamoni
successerat.

*Antonius Canalis itidem Curator clas̄is Venetae, ha-
rum nauium numerum habebat:*

- 1 Prima ipse ferebatur.
- 2 Secundæ præfectus erat Petrus Treuisanus.
- 3 Ioannes Balbius.
- 4 Petrus Pisanus.
- 5 Paulus Nanius.
- 6 Simon Gorius.
- 7 Vincentius Canalis.
- 8 Andreas Tronus.
- 9 Hieronymus Canalis.
- 10 Hieronymus Pisaurus.
- 11 Ioan. Michael Vizzamanus ex Cania.
- 12 Antonius Zancaruolus Caniensis.
- 13 Franciscus de Molinis Caniensis.
- 14 Iacobus Calergius.
- 15 Philippus Polanius. } Caniensis.

DE BELLO TVRCICO

- 16 Vincentius Zancarolus Caniensis.
- 17 Hieronymus Zorzius Cretensis.
- 18 Franciscus Bonus Cretensis.
- 19 Petrus Gradenigus Cretensis.

Sanctus Tronus condemnatorum prefectus, qui classem universam ponere sequebatur, agmen ex hisce nauibus habebat:

- 1 Prima ipse vehebatur.
 - 2 Secundæ præerat Zacharias Valerius.
 - 3 Augustinus Venerius.
 - 4 Franciscus Tronus.
 - 5 Antonius de Priulis, Benedicti Soranzij successor.
 - 6 Bertuzius Contarenus successor Petri Dolfinij.
 - 7 Carolus Contarenus, Francisci Vendramini successor.
 - 8 Nicolaus de Mosto.
 - 9 Andreas Minottus, Gabrielis Emi successor.
 - 10 Nicolaus Malipetrus, Baptiste Foscarini successor.
 - 11 Aloysius Baldius, Fracisci Dolfinij successor.
 - 12 M. Antonius Quirinus.
 - 13 Theodorus Balbius.
 - 14 Ioannes Balzius.
 - 15 Ludouicus Cicuta.
 - 16 Petrus Michaelis Doctor de Sebenico.
- Franciscus Duodus magnarum triremium, quas Getae vocant, agmini imperabat: illæ autem regabantur singillatim ab his prefectis:*
- 1 Primæ ipsem et Duodus præerat.
 - 2 Secundæ

CONTRA VENETOS

47

- 2 Secundæ M. Antonius Moresinus.
- 3 Iacobus Gorius.
- 4 Laurentius Bernardus.
- 5 Marcus Michaelus.
- 6 Iacobus de Musto.
- 7 Antonius Bragadinus.
- 8 Vincentius Quirinus.
- 9 Andreas Pisanus.
- 10 Ambrosius Bragadinus.
- 11 Zaccharias Salomonius.
- 12 Hieronymus Contarcenus, Galeonis Fausti prae-fectus.

Petrus Tronus preterea nauium oneriarum par-
uarumque triremum agmen habe-
bat, ut sequitur:

- 1 Prima Imperatoria erat, qua ipse vehebatur.
- 2 Secunda erat Cypria.
- 3 Cornelia.
- 4 Barbara.
- 5 Iustiniana.
- 6 Quirina.
- 7 Manutia.
- 8 Dolfina.
- 9 Bona.
- 10 Trincauella.
- 11 Undecima erat Zapina.
- 12 Mugria.
- 13 Cornaria.
- 14 Ludojicia.

} triremes paruæ.

Atque hæc quidem erat Christianorum classis agmina, quam vniuersam Quirinus cum suis, vigintiquinque circiter passuum millibus praecedebat.

DE BELLO TVRCICO

Caiacelebinus autem x. Calend. Octobris redierat
 in Cyprus, Bassisque Turcicis, quæ in Creta cognouis-
 set, vñà cum captiuis inde abductis tradiderat. Quam-
 obrem illi consilio habito, statim de eo quod sibi facien-
 dum esset consultarunt. Et Piali quidem, cùm binas
 Christianorum classes coniunctas esse, & nauium ma-
 gnum numerum habere intelligeret: existimabat Vene-
 tos suam classem facilè restaurasse, nec posse cum illis
 prælium sine magno periculo committi. Sed Mustafa
 & Ali contrarium sentientes, prælium sine Imperatoris
 sui contumelia, vitari non posse putabant. Quæ senten-
 tia cum obtinuisset, Ali in terram omnes captiuos reli-
 quoque ad pugnam inutiles exposuit, instructisque
 opus esse videbatur, triremibus, versus Limisum vela de-
 dit: nec alias ibi naues, quam paruas illas, quæ Maonicæ,
 Caramuscialinæ & Palandariæ appellatur, reliquit. Iam
 que dum soluerent, forte duodecim nauium vela con-
 spiciunt: & Christianorum classem esse suspicati vehe-
 menterque metuentes, sese ad pugnam accinxere & a-
 ciem instruxerunt. Paulò post autem, etsi sua quædam
 parua nauigia esse intellexissent, quæ è Natolia commea-
 tum ipsis aduehebant: tamen cùm mox sibi pugnandū
 putarent instructi expectabant hostes, nec ab insula pro-
 cul audebant discedere.

22 Septembris 70.
 Christanorum classis autem coniuncta, Quirinū ver-
 sus Rhodū tendente paulò post cū onerarijs nauib. ma-
 gnisque triremibus sequebatur: cumque ad Carpathū
 insulam peruenissent, venti commoditate, vela versus
 Rhodum rectā direxerunt. Iamque circiter advices-
 sum secundum Septembribus, Quirinus qui præcedebat
 conspectis è longinquō binis triremibus, eō contendit,
 deprehenditque Aloysium Bembum esse, qui Nicosiam
 à Turcis iam viij. eiusdem mensis captā esse nunciabat:
 idque sese à Christianis Turcarum subditis captisque
 ante

CONTRA VENETOS

49

ante quartum diem intellexisse asserebat. Quibus rebus
à Quirino cognitis, terni Christianæ classis imperato-
res, magno dolore affecti sunt: & sub vesperam in Vasium
portum, intra Aperras & Castrum Ruzum, ducentis cir-
citer passuum millibus à Cypro, omnes ingressi, de eo
quod facto opus esset, consultare cœperunt. Dubita-
bant enim vtrum capta Nicosia, nihilominus sibi in pro-
posito itinere pergendum esset: multaque in vtramque
partem volentes, timebant præcipuè ne hostis victor
iam, triremes suas melius instrueret: & autumnali eo tē-
pore aduersa quæpiam cœli tempestas noceret, præter-
tim in Seteliae sinu qui illis esset transversus, & huius-
modi tempestatibus præcipuè esset obnoxius: quorum
si forte vnum aliquid eis accidisset, nullam conseruandi
sui rationem videbant. Quibus omnibus diligenter ex-
aminatis, satius existimarent redire, quām se manifesto
periculo exponere. Itaque ^{23/Septembris} septima hora noctis inde sol-
uerunt, & die postero, qui vicesimus tertius Septembribus
erat, tantam tempestatem atque pluias perpessi sunt,
vt vix in Piganum portum, inter Rhodium & Carpathū
insulas situm, sese recipere potuerint. Ex quo loco Za-
neus celerem nauiculam: quam Fregatam vocat, versus
Famaugastam dimisit, vt eō summa celeritate conten-
dens, illis auxiliorum spem faceret, & quid intellexissent
quidque illorum causa fecissent significaret. Quo facto
simil omnes in Tristanum Carpathi insulæ portum, vi-
cesimo sexto eius mensis peruenierunt. Et Andreas Au-
tia cùm ob propinquitatem hyemis, nihil amplius me-
morabile eo anno ingruentibus tempestatibus perfici-
posse speraret: pridie Calend. Octobris cum Hispanica
classe à reliquis discessit. Veneta verò atque Pontificia,
cùm inde eodem die soluisserent, vix viginti quinque pas-
suum millia confecerant, cùm Boreas inter Spinam lon-
gam atque Sitiam illas usque adeò vehementer impe-

G

tūt, vt binæ Pontificis triremes fractæ, & reliqua classis per ea littora, vsque in quartum Octobris diem dispersa permanserit. Sed vento sedato Zaneus, relicto Quirino ad recuperationē tormentorum bellicorum, & aliorum armorum quæ naufragio amissa fuerant, institutum inter continuauit & vbi ad Sitiam peruenisset, quosdam ē suis rectā versus Amphimalem pergere, alios verò secum in Cretam contendere iussit, cum quibus eò ad nonas Octobris peruenit. Cumq[ue] postero die nouatem pestas Borea impellēte orta esset, quædam triremes, quæ longius à portu aberant, in littus impegerunt: sed graviora passæ sunt illæ quæ versus Amphimalem pergebant, quod multæ in littus impingerent. In Cretica verò littora undecim triremes incidentes naufragium passæ fuerunt: quarum tamen aliquæ recuperatæ sunt postea: earum vero duces fuerant hi:

Petrus Zaneus.

Hieronymus Grittius.

Carolus Quirinus.

Simon Gorius.

Nicolaus Donatus.

Aloysius Landus.

Ludouicus Cicuta Veginus.

Hieronymus Grisatus de Cataro.

Hieronymus Minottus.

Alexander Feretius.

Dominicus de Maximis.

} Veneti.

} Pontificiū.

Postquam igitur in Cretam Zaneus rediisset, connumerunt eò etiam M. Antonius Columna, Sfortia Palauicinus, Cretę præfecti, & simul etiam Sebastianus Venetius, qui summus Cypri gubernator à senatu designatus ē Corcyra veniens, eo contendebat. Ac prima eorum deliberatio fuit, quo pacto Famaugustanis obsessis succurrendum foret: quamobrem delectis plurimis duci-

bus

CONTRA VENETOS

57

bus ad eam rem ex insula, Zaneus Catharinum Malipe-
trum, Ioann. Baptista Contareno ad Corcyram usque
comitatum, Venetias contendere iussit, ut quae eo us-
que gesta essent, senatui nunciaret: ipse vero postridie
Idus Octobris e Creta soluit, & sexto die post ad Am-
phimalem perueniens, Petrum Emum primo, deinde
vero etiam Vincentium Mariam de Priulis, & Angelum
Surianum exploratores, ut de hostium statu cognosce-
ret, dimisit.

In Cypro autem interea, cum Bassæ Turcici Chri-
stianorum classem non comparere cernerent: coniicie-
bant eam, etiamsi plusquam vnius principis viribus co-
staret, & omnium consensum haberet, tamen ipsis ne-
quaquam nocere posset. Ex qua re audaciores facti,
quod in nostra classe, quotidie multa imprudenter ac
infeliciter administrari cernerent, classem suam, quia
parum in insula proderat, dimittere decreuerunt, ut in
Aegeo mari aut Constantinopoli hyemaret: quamobrem
impositis in naues captiuis reliquisque impedimentis,
Idibus Octobris soluerunt. Sed forte fortuna ante bi-
dui, memorabile atq; stupendū quiddā in Famagustæ
vrbis conspectu illis acciderat. Cum magnum illum Ga-
leonem quem vocant, Mahometi Visiri primarij Bassæ,
tremem paruam, & aliam insuper Caramuscalinam
nauim, magno captiuorum captiuarumque numero,
flore scilicet lucentutis Nicosiæ, & multa etiam pre-
ciosa præda onerassent, quæ omnia summo Turcarum
Imperat. dono mittere volebant: gubernator Galeo-
nis, antequam solueret cum reliqua classe, dolia quæ-
dam referta puluere bombardico, Mustafæ tradere
volebat, qui illa petierat: ex qua re sumpta occasio-
ne nobilis quædam foemina itidem captiuam mortem
seruituti præferens, pulucrem bombardicum magno
animo accedit.

DE BELLO TVRCICO

Quidam id gubernatoris negligentia factum fuisse asserunt: sed ut acciderit, spectaculū sanè fuit horrendum. cernebantur enim misellorum captiuorum corpora in aerem disiecta quodāmodo volare, adeoque omnes vna cum tribus illis nauibus consumpti fuere, vt solus gubernator cum tribus captiuis aufugerint.

Sed classis Turcica, postquam ē Cypro soluisset, rectā versus Castrum Ruzum, quod supra Settecai (quod se ptem promontoria significat) in Caramania est, contendit: ubi intellexerunt Christianos paulò ante, in ea maria nauigasse: sed incerta de causa recessisse. Discessere deinde hinc Turcæ versus Rhodum, quō cū peruenisset, eadem quæ prius, de Christianis cognoverunt, & præterea etiam quod Hispani à reliquis discessissent. Quam obrem Piali, dimissis hinc versus promontorium, quod caput columnæ dicitur, quinque paruis triremibus, quæ illorum statum explorarent, ipse versus Stampaliā iter direxit: & postquam huc peruenisset, alias duodecim similes triremes ob candem causam in Cretam misit: existimabat enim, si quid certi cognouisset, illos rectā insequi, & adoriri. Sed Petrus Emus, qui prius explorādi causa dimissus fuerat, in Cretam reuersus, nunciavit nostris, se Turcas ad Stampaliā deprehendisse. Eodemque tempore nostris etiam ex Sitia nunciatus est, hostes paulò ante duodenas triremes in Cretam vsq; misisse: quatenus nullo in terram exposito milite, inde statim se receperint. Quibus rebus cognitis, Quirinus metuebat itaque ex Creta ubi tunc erat, soluit, & ad Amphimalem perueniens, cum Zaneo se, reliquaque vniuersitas nostrorum classe coniunxit. Cum autem per idem tempus eoque, quoque contenderet, Petrus Iustinianus Ioannitarum Melitensiumque equitum ductor cum triremibus quinque, yt Columnæ copijs sese coniungeret, fortè in octodecim

CONTRA VENETOS

53

decim triremes Turcicas, ad vicesimum sextum huius
mensis incidit, à quibus malè tractatus & duabus trire-
mibus amissis, ipse cum reliquis eius sit. Non multò post
autem, cùm vniuersa Christianorum classis ab Amphit-
male in Caniam peruenisset, propterea quòd hic por-
tus commodior securiorque esset, venit eò quoque An-
gelus Sorianus ad octauum Nouembris, & nunciauit,
Vincentium Mariam de Priulis, qui vñà secum missus
fuerat explorator, ante quatuor dies supra Parium in
Aegeo mari cæsum fuisse, à quinque Turcicis triremi-
bus, quanquam strenuè se defendisset, magnamque ho-
stium stragem edidisset.

Sed ipsa hostium classis interea commecatu instructa,
è Stampalia per Aegeum mare iter iam recta tenebat,
neque amplius illius animi erat, vt in Cretam nauiga-
ret, quod consilium ex multis causis cœperant: maximè
autem illos mouebat, quod eius insulæ portus Boreę ob-
noxios, & minimè tutos per hyemem esse scirent. At-
que hoc quoque, ex diuina quadam prouidentia, accede-
bat, quòd dum Bassæ Turcici in Aegeo pelago, Venetam
classem propter aduersam tempestatem dispersam esse
intellexissent: venere eò ad ipsos quinque illę triremes,
quæ Priulum oppresserant: & nunciarunt tantam fuisse
Priuli virtutem, vt etiam si vnam tantum triremem ha-
buerint, nihilominus tamen cum illorum quinque con-
buisset, nihilominus tamen cum illorum quinque con-
gredi ausus fuerit, pugnaret que tam fortiter, vt binas il-
lis eripuerit, & dimidiam tertią occuparit: donec scilicet
fessus & perpetuis ictibus bombardicis maximoq; Tur-
carū numero oppressus, cum omnibus suis occubuisset.
Zaneus postea, vt eam Insulam minus grauarent, è Ca-
nia cum vniuersa classe discessit, Quirino tamen prius
mandauit, vt sicuti inter ipsos & Palauicinum iam ante
conuenerat, Famaugstanis suppetiæ ferrentur, opera
daret: cuius rei causa, prèter ordinarias illius regni, alias

G 3

DE BELLO TVRCICO

adhuc aliquot cōdemnatorū triremes reliquit. Nec multò post illuc appulit è Cypro Nicolaus Donatus cū Episcopo Ragazzonio, illisque quo pacto Nicosia capta fuisse, & quo loco Famaugstanorum res iam esset, singulatim declarauit: quæ proinde subito in Corcyram Zaneo significarunt.

Pialiam in Soaseræ portum peruenerat, cumque is minus aptus esse videretur, opera captiuorum multa loca effodiendo, eum profundiorem faciebat: sed postea tamen mutato consilio, & relicis Aegei maris custodiis quæ prohiberent, ne Famaugstanis auxilia ferrentur, ipse cum reliqua classe ad hyemandum Constantinopolim concessit.

17 Novembris
Zaneus quoque decimo septimo Nouembris in Corcyram appulit, & vñā cum illo M. Antonius Columna multisque naues, quæ malè affectæ erant deseruerunt: cumque Donatus, eadem quæ in Creta nuncians, paullò post eò peruenisset, eum Zaneus Venetias, cum ijsde nuncijs misit. Sed M. Antonius Columna, postero dic quām eò peruenisset à Zaneo discedens, ad Casopum extremum insulæ portum peruenit, vbi postquam mensem circiter fuisse commoratus, ob aduersam tempestatem, traiecit ad Catari ostia: ibique illum denuò orta tempestas cum tonitru, fulminibus, & pluuiia, vehementer afflixit. Cum enim ipsiusmet nauis malum fulmine tactum esset, tota igni consumpta fuit, conseruatis tamen hominibus. Nec multò post etiam Francisci Troni triremis, in quam Columna ex incendio sese receperat, in terram incidens, naufragium passa est.

Dum autem hæc vtrinque geruntur, Turcæ Constantinopoli magnos apparatus in sequentem annum faciebant, quibus non tantum Cyprum, sed etiam vicinas insulas totamque Dalmatiam subiugare sperabant: quibus perficiendis si se benignam fortuna preberet, ad uniuersum

CONTRA VENETOS

55

Vniuersum Christianum orbem subigendum pergere
decreuerant. Quam rem secum animo voluens, Pius
V. Summus Pontifex, quanto in periculo orbis Christia-
nas versaretur, facile cognoscebat. Itaque magnopere
sollicitabat, vt inter ipsum, regem Hispaniæ & Venetos
necessariorum illud foedus iniretur: quo tanti tyranni co-
duis literis atq; legationibus, simultates inter ipsos mo-
tas componere satagebat. Neq; verò interea Veneti suis
rebus deerant, sed ipsi quoque ad Cypri defensionem, ap-
paratus suos faciebant. Et Cretæ gubernatores vna cū
Quirino, prout à Zaneo, Columna, atq; Palauicino man-
datum acceperant, vt naues quæ in Fraschiæ portu erāt,
instruerentur, summiā operam nauabant. Cumque sub
Decembrib^{is} finem, quatuor naues onerariae praesidio Fa-
mangustanis decretæ atq; oneratæ esset, existimauit Qui-
rinus eas absque triremium auxilio in Famaugustæ por-
tum nequaquam ingredi posse: quod illic à Turcis pro-
culdubio custodiæ quædam relictæ forent, à quibus hæ
onerariae naues facile impedirentur. Itaq; cum suam ip-
sem operam in ijs deducendis obtulisset, decretæ illi
fuerunt à Cretæ gubernatoribus, ad id, duodenæ trire-
mes: Petrus Tronus enim cui paulo ante id munus fue-
rat demandatum, diem fatalem obierat. Prefecti autem
illarum duodecim triremium fuerant hi:

- 1 Prima erat ipsius M. Ant. Quirini.
- 2 Secundæ præcerat Sanctus Tronus condemnato-
rum gubernator.
- 3 Vincentius Quirinus.
- 4 Theodorus Baldius.
- 5 M. Ant. Pisanus.
- 6 Philippus Leonius.
- 7 Septima erat Alexandri Contareni: quamuis ille
propter morbum non posset adesse.

DE BELLO TVRCICO

- 8 Octaua erat Hieronymi Troni: sed ipse itidem re
manserat egrotus.
- 9 Franciscus Bonus.
- 10 Antonius Bonus. } Cretenses.
- 11 Nicolaus fratellus.
- 12 Alexander Vizzamanus } Canicienses.
- 13 Franciscus Molineus. }

Januarij 1071

Cum autem Sebastianus Venerius, primarius Cypr
governator iam ante designatus, vna cum illis nauiga
re statuisset: ab aduersa valetudine itidem detentus fuit
Sed Quirinus ad decimum sextum Ianuarij soluens, ubi
ad Salomoneum promontorium usque peruenisset, Fra
ncisci Molini triremem, quod in ea multi egrotarent, re
misit: deinde pergens vicesimo sexto eiusdem mensis
ad Cyprum Insulam peruenit. Cum autem naues one
ratiae paulo diuersum iter tenuissent, eadem nocte in
Dromum Famaugusta ingressae sunt: sed cum triremi
bus ea nocte occultus subsistere paulo longius voluit,
ut si forte septem hostium triremes, quas illicesse intel
lexerat, naues onerarias adorirentur: ipse illos summo
mane inuadere & redditu prohibere posset. Neque illu
fefellit consilium, nam cum mane versus naues onera
rias pergerent, vidit statim illas quae nostras adoriri vo
lebant: sed cum nondum procul a portu discessissent,
conspectis nostris duodecim triremibus, que Ihs obuiam
contendebant, retro cessere statim, & ad terram appulsi fa
luti suae consuluerunt. Quirinus vero illas inseguitus
toto die non proprius accedere potuit ad pugnam, quia
in itinere magnum numerum hominum amiserat, sed
tormentis bellicis tamen ita illas vexauit, ut tres illarum
submerserit. Sed nocte iam imminentie & aduersa fa
uiente tempestate, curauit naues ad munitionem appell
i, ne forte altius in mare iactarentur. Ceterum suppe
tiæ illæ in Famaugustam magno cum gaudio excepera
fuerant

CONTRA VENETOS

57

1571

fuerunt. Postero die verò Quirinus per maria illa excur-
rens, primum Maonicam nauem Turcicam, quæ ad Mu-
stafæ castra tendebat, commeatu refertam deprehendit
camque sine difficultate cepit: qui enim illam ducebāt,
conspectis triremibus nostris, eas Turcicas esse putau-
erant, nec fugerant. Deinde tertio die cum reliquas tri-
remes hostium in Constantia portu oppugnare statuis-
set, eas auffugisse competit, & partes nauium ante ter-
tium diem à se fractarum cum Caramuscalina naui cō-
bussisse. Quarto die autem iterum nauem hostilem cō-
meatu & milite voluntario instructam cepit. Iamque
naues onerariæ Famaugustæ exonerabantur: sed trire-
mes nihilominus interim per illa maria excurrentes, ho-
stium munitiones quasdam supra Gambellæ scopulos
constructas, non procul ab arce Famaugustana destru-
xerunt, & molem euerterunt, quam Turcæ ad defensio-
nem nauium in Constantia portu erexerant. Quibus
exercitijs Quirinus, postquam tres septimanas consum-
psisset, venia à Famaugustanis accepta, spemque nouo-
rum auxiliorum faciens discessit. Productis igitur ex por-
tu quatuor nauibus onerarijs, alijsque tribus, quæ prius
ibi detentæ fuerant, in locum ventis expositum, decima
sexta Februarij ventis vela dedit, & quinta die in Cretâ
peruenit. Huc autem postquam appulisset, literis à sena-
tu acceptis intellexit se quidem, ad decimum sextum
ianuarij, classis curatorem designatum esse, Sebastianū
verò Venerium, ad vicesimum eiusdem mensis summū
totius classis Imperatorem Hieronymo Zaneo suffectū
& Perrum Tronum denique, qui lenatū nesciente diem
fatalem iam in Creta obierat, oneriarum nauium du-
cem & classis curatorem vicesimo primo fuisse pronun-
ciatum. Fuerunt autem per idem tempus Venetij alia
quoque munera distributa. Calend. enim Ianuarij Cre-
tae dux electus fuit Marcus Grimannus. Sanctus Tro-

H

DE BELLO TVRCICO

nus autem, qui præerat condemnatis, decima Februarij designatus erat Sinus Veneti præfectus, & decima octaua huius itidem mensis denuò in ducem Cretæ, Victor Bragadinus Grimanno fuerat suffectus. Et Augustinus Barbarigus primarius classis curator designatus, eodem mense Venetijs soluerat. Ac Sfortia Palauicinus deniq; apoplexia lœsus, Idibus huius mensis eò peruenit, vt suā triremem exoneraret. Cæterum Conſtātinopoli mox cognouerunt Famaugustanis auxilia à nostris lata, & binas corum naues: item Caramuscalinas & triremes captas fuisse, quod proinde Imperatorem magnopere turbauit: quamobrem Chñ præfecto statim caput amputanum curauit, Rhodianum vero exauhorauit, quod Famaugustanis auxilia non prohibuissent. Et Eubœgubernatori imperauit, vt collectis subito Aegei maris custodijs Chium contendere, atque illic quid à se mandati esset habiturus expectaret: quod nisi faceret, palo se illum affixurum minabatur. Ali verò Bassæ soluere Conſtantinopoli iussit cum quadraginta triremibus, vt collectis eorum marium custodijs, in Cyprum contendere: simulque alias multas triremes armare eodem tempore fatagebat.

1571 Sed Sebastianus Venerius, cognito, se Hieronymo Zanico suffectum esse, Corcyram ad classem excipendā traijcere decreuit: itaque postquam, qua ratione Cretensium triremes instrui vellet imperasset, soluit illinc ad decimum septimum Martij anno seruatoris nostri M. D. LXXI Vehebatur autem Sancti Troni condemnatorum præfecti triremi, à Marco Antonio Quirinum septem alijs triremibus comitatus: qui proinde inter Zacynthum & Castrum Tornesium, biremem hostium milite instructam cepit. Ad Corcyram autem Castellum Aprilib. appulerunt, vbi Augustinum Barbarigum classis curatorem inuenierūt, qui à Zaneo classe iam an-

CONTRA VENETOS

59

te accepta, illā Venerio magna cū solennitate tradidit. 1571 m manu
Lopoli
 Venetijs verò, decima octaua Martij, in Sancti Troni de-
 mortui locū Zachariā Salomonē classis curatorem sus-
 fecerant. Cæterum Ali, qui Byzantio cum quadraginta
 triremibus soluerat, iam ad Chium peruenierat, ad eum
 que Eubœæ gubernator cum quadraginta alijs triremi-
 bus ex maris illius custodijs collectis accessit: quibus as-
 sumptis ille, circa Aprilis principium versus Cyprum i-
 ter suscepit, multa Mustafæ commodaque auxilia affe-
 rents. Constantinopoli autem soluit itidem Portauus
 Bassa, sub eiusdem mensis finem, cum reliqua classis par-
 te, quod Piali vxore Imperatoris filia rogāte, domi remā-
 sisset. Sed non desunt, qui asserant illum ab Imperatore
 tunc fuisse retentum, cui nequaquam superiori anno sa-
 tisfecisset, quoniam negligentia sua occasionem amisit.
 set capiendæ perdendæ tue classis Venetorum. Id enim fa-
 cile ab eo fieri potuisse, si in reditu ex Cypro, in Cretam
 e Carpatho (nunc Scarpantum vocant) traieciisset,
 pestate iactatam dispersamque fuisse, & Hispanicam ab
 ea discessisse cognouisset: quamobrem plurimum tunc
 illi ad vitam conseruandam profuisse, quod illius filiam
 in vxorem haberet. Cæterum Portauus cum classe rectâ.
 versus Eubœam iter tenuit, & ad Rossum castrum per-
 ueniens substituit, ut illic classem curaret, rebusque neces-
 saris instruerent.

Venetijs verò soluerunt etiam Martio mense cū suis
 triremib. Andreas Foscarinus, & Antonius Caravallius.
 Quirinus verò cum hisdem triremibus è Corcyra disces-
 sit versus Cretā, vt prouinciæ illius curā gereret, quò cū
 ad sextū Aprilis peruenisset, inuenit Nicolaū Donatū Ve-
 netijs cū binis onerarijs nauib. missū, vt commeatiū alia
 que auxilia Famaugustanis adueheret, & quoniam non
 rectâ, vt in mandatis à senatu habebat, relicta insula

H 2

contenderat versus Cyprum, substitutus ibi, quod non si ne Diuina voluntate factum credimus: si enim recte contumeliam peruenisset, proculdubio tutus Famaugustam peruenisset: verum bonus vir, cum hasce naues tutissime, uti senatus sponte obtulerat, deducere cuperet, à suis persuasus, ad Cretam declinavit, ut illic de hostibus certi quipiam cognoscere posset. Sed illi bonum consilium minus feliciter successit: quod nec quicquam de hostibus cognoscere, nec ob aduersam tempestatem vterius progredi potuerit. Interea vero venere nuntii, qui Turcicam classem eò in Cretam per Aegeum mare venire afferebant: quod proinde dimissa in Corcyram triremi, Veniero statim significarunt. Sed Ali, qui ante Portauum Byzantio discenderat, cum Aegei maris custodis aliquique triremibus octuaginta numero, iā circa principiū Aprilis in Cyprum peruenenerat, multaque Mustafæ commissarii auxilia attulerat. Postquam ibi ad Idus vsq; Maia fuisset commoratus, Mustafæ consilio, illinc soluit: sed ad insulæ custodiā tamen Rampanatum cum tribus ducibus, aliquique vicenis ducibus, triremibus, magnaque Caramuscalinarum, Maonicarum, Palanariarumque nauium numero reliquit, quibus Mustafæ milites, aliasque res necessarias transportabat: idque magna cum celeritate faciebat, quandoquidem nostram classem metuebat: quamuis ei subinde miles augeretur. Quoniam enim Famaugustam maritimā cinitatem Nicosia fortiorē magisque opulentam esse scirent, magnus sponteorum militum numerus, subinde spe prædæ eò confluēbat.

Sed Venetijs mense Aprili cum triremibus soluerunt hī duces:

Iacobus Iustinianus.

Fridericus Renierus.

Petrus

GONTRA VENETOS

61

1571 In māio

Petrus Badoarus.
 Patarus Buzacatinus Paduanus.
 M. Antonius Santulianus.
 Hieronymus Marcellus.
 Andreas Barbarigus.
 Bartholomeus Dandalus.
 Hieronymus Contarenus.
 Ioannes Antonius Calconius.
 Constantinus Bolanius.
 Iacobus Bresianus.
 Bertuzzius Contarenus.
 Horatius Fisognus.

III. Idus Maij Nicolaū Donatum senatus condemnata
 torum praefectum designauit.

Mustafa verò itidem ad idus Maij circiter, sublatis se-
 cum è Nicosia quindecim magnis tormentis bellicis, ca-
 stra mouit, & versus Famagustam progrediens, ad Præ-
 cipolam occiduam eius hortorum partem, castra posu-
 it: postea decem diebus aggeres, quibus tormenta belli-
 ca imponerent, & fossas continuas, proiecta ante ipsos
 terra, pro sagittarijs, foderunt: quos ita successiue para-
 bant, quadraginta hominum millibus, noctu ut pluri-
 mum, continuò laborantibus, vt quo minus ad urbem
 propius paulatim accederent, à nostris prohiberi nequi-
 rent. Sed nostri postquam cognouissent, quo loco vr-
 bem verberare vellent, interius illam partem muniebāt:
 diligentissimeque plurimi vigilabant semper ad vallum
 interius, quod Contrascarpam dicunt, defendendum;
 cuius rei causa fossas nouas & transuersos aggeres con-
 struxerant & ad totam illam partem muri quæ verbera-
 batur secundum lōgitudinem, aggerem pro sagittarijs
 parauerant. Hisce rebus Bragadinus, & Estor Balione-
 us ipsimet intererant, & omnia ritè administrabantur,
 Panis omnis pro milite uno in loco pinsebatur, eiq; præ-

H 3

DE BELLO TVRCICO

erat Laurentius Tiepolus Baffi dux, nullis itidem laboribus parcens. Arci præerat Andreas Bragadinus, qui summa diligentia, partem quæ ad mare spectabat, vt armamentarium ibi positum defenderetur, curabat. Tormensis bellicis præfectus erat Foitus eques, cui, quandoquidem per eos dies in leui certamine occubuerat, suffecit Bragadinus Nestorem Martinengum. Delegerunt quoque ternos duces: qui ignibus arte iactandis præcesset, & singulis vicenos selectos pedites attribuerunt. Producunt que machinas bellicas ad eum locum, vbi verberata iri mœnia æstimabant, singulisque suas præmunitio-nes pararunt. Neque verò abstinebant etiam à crebris eruptionibus, quibus hostes à proposito impediabant vehementerque lèdebant. Sed trecenti Famaugustani pedites cum gladijs & clypeis semel egressi, totidem que sclopetarij Itali, hostes quidem in fugam primum coniecerunt, sed postmodum ob tot illorum fossas, autemq; subito numerū, cedere coacti, triginta amiserunt, & ad sexaginta fuere vulnerati: quæ res cū nimiū periculū minitaretur, abstinendū deinceps ab huinmodi eruptionib. censuerunt. Hostes igitur constructis suis aggribus in summum vallū peruenientes intra mœnia prospiciebāt: & vbi suas munitiones perfecissent, ad decimū nonum Maij vrbem ex denis aggeribus verberare ceperunt cum septuaginta quatuor machinis bellicis, inter quas erant quatuor immensæ magnitudinis Basilisci. Cæterum eam partem impetebant, quæ inter Limis portam & Armamentarium erat, idque in quinque præcipuis locis faciebant. Primum enim ex Gambellæ sco-pulis Armamentarij turrim cum quinque tormentis feriebant: deinde reliquam Armamentarij structuram vnde decim machinis verberabant: Andruzij turrim ex alio aggere cum totidem petebant machinis: S. Nappa turrim verberabant quatuor Basilisci, & ipsam denique Li-

CONTRA VENETOS

63

misi portam cum suis ornamentis, & propugnaculis ex-
 alijs pluribus aggeribus triginta tormenta bellica im-
 petebant, quibus ipsemet Mustafa præerat. Ac primum
 quidem nō admodum mœnibus diruendis operam da-
 bāt, sed in ipsam vrbem, & nostrorum machinas, à quib.
 magnopere lēde bantur, tela sua vibrarunt: quamobrem
 concesserunt mox, qui intus erant milites & Græci ad
 habitandum iuxta mœnia, quibus in locis ad finem vsq;
 permanserunt. Bragadinus Andruzij turrim tenebat. Ba-
 lioneus S. Nappæ, & Tiepolus Cäpi Sancti turrem inhabi-
 tabat, & rebus quæ vbiq; gerebatur corā astātes animū
 omnib. adjictebāt, & si qui mererentur, eos etiā castiga-
 bāt. Ceterum vniuersis nostrorum machinis bōbardi-
 cis præfectus erat Aloysius Martinēgus, vir singulari vir-
 tute: qui alijs quinq; primarijs ducibus munera particu-
 latim, militē aliaq; ad bellica tormenta necessaria curā-
 di, distribuit. Ex ijs erāt Frāciscus Bogoneus, qui turris &
 maioris aggeris Armamentarij curā gerebat. Petrus Co-
 mes in eodē armamētario fornices & magnā S. Cäpi tur-
 rim obseruabat. Eftor Martinengus propugnaculis S. cä-
 pi Andruzijq; pspiciebat. Hercules Martinēgus S. Nappæ
 propugnaculo muroq; vniuerso vsq; ad Limisi portam
 prouidebat. Sed eorū quæ ad Reuelinam munitionem
 spectabant. Horatius Veletrius curabat. Altū deniq; Li-
 misi propugnaculū qd' plus cæteris petebatur Robertus
 Maluerius obseruabat. Quib. igitur dieb. hostiū tormen-
 ta bōbare cœperunt, mādauit Bragadinus, vt militi suffi-
 ciens viētus suppeditaretur. Itaq; Grēcis, Italīs, bōbarda-
 rijsq; omnib. vinū, legumina obsoniaq; ad ipsa mœnia fe-
 rebātur, riteq; distribuebātur, vt nō amplius ijs insume-
 re opus esset quā pro pane in singulos dies, binos assēs
 Venetos, soluebāturq; illis stipēdia singulis triginta die-
 bus, singulari industria loa. Antonij Quirini, qui vt in hi-
 sce ita in alijs omnib. magni ponderis negotijs militib.
 animum adjictebat.

Bini assēs sunt
 tertia pars Par-
 cionis.

Hisce ita constitutis, nostri suas bombardas in hostium bombardas per decem dies, tam artificiose collineabat, ut quindecim optimas machinas illorū globis iniectis perfregerint, & triginta hominum millia perdiderint, nec amplius iam in suis munitionibus tuti essent, & prout inde magnopere sibi timerent. Sed cum animaduererunt nostri bombardicum puluerem paulatim defuturum, non amplius tam strenue iaculandum censuerunt: itaque ex singulis machinis, quæ triginta numero erant, tricenos ictus quolibet die emittebant, praesentesque adesse oportebat ipsos duces, ut nihil frustra fieret.

Quæ dum ita ageretur peruenit eò ex Creta biremis, quæ nostris auxiliorum spem faciens, animum planè adiecit. Sed hostes iam magna contentione & vtrorumque cede, aggerem quo moenia exterius muniuntur (Itali Contrascarpam vocant) occupauerant: itaque terram in fossam proijciebant: sed nostri è contrà, qui in munitionibus erant, eam terram vñà cum murorum ruderibus intro ferebant, omnes noctu denique laborantes, donec hostes fabrefactis ad murū orificijs, fossam sclopetarijs ita muniuissent, ut absque magno vitæ periculo nemo amplius accedere posset. Quamuis enim aduersus sclopetariorum tela Ioan. Mormoreus vir singulari industria, tabulas quasdam arte coniunctas excogitasset, quæ ab operarijs ferebantur: quibus ab ictibus sclopetorum munirentur, parum tamen illis præstare potuerunt, cum idem Mormoreus ictus per eos dies occubuisse: non sine nostrorum dolore, quod ijs plurimi profuisset. Cum igitur hostes fossam terra repleuisserint, in singulis locis quibus ex illorum aggeribus tela vibrabantur, quasi portam per eam muri partem, quæ Contrascarpa dicitur facturi: ad latera iacentes terram fasciculosque lignorum & lanarū saccos projicienter, sic quasi muris hinc inde se se muniebāt, quominus à latere

CONTRA VENETOS

63

tete ferirentur.

Interea verò dum nostri strenuè sese Famaugustæ defendebant, & Cretenses in classe sua instruenda auxilijsque illis mox subministrandis fatagebant: peruenit è Corcyra in Cretam Antonius Canalis classis Venetæ curator, cum duodecim triremibus, à Venerio missus, vt illius regni classem secum in Corcyram abduceret. Sed cum nondum instructam esse, & Nicolai Donati nauē onerariam præsertim, exoneratam fuisse depræhendetur: relicto M. Quirino vt id sollicitaret, in Caniam traicit, cuius loci triremes, Lucæ Michaelis Rectoris diligenzia, omnes instructas esse depræhendit. Sed Venetijs quoque cum suis triremibus soluerant mense Martio hi gubernatores:

Ludouicus de Portu.

Petrus Capellus.

Daniel Morus.

Valerius Valaresius.

Ioannes Strasoldius.

Ali verò Bassa Turcicus cum quinquaginta quinque triremibus ad Eubœam peruererat, & Portauum Bassā cum reliqua classe illic depræhenderat. Itaque coniunctis viribus è Castro Rosso, portu in ea insula sito soluerunt, & postridie Idus Iunij peruererunt ad Melon insulam. Sequenti die, ne à Cretensibus nosceretur, cum humilioribus velis (quæ Frinchetta vocant) nauigauit, & vespere aduentante nigrescenteq; nocte denuò maiori bus velis versus Meleccæ promontorium iter direxit, eademque nocte adhuc Amphimalem ingrediens, multos vicinos Christianorum vicos domosque exussit, ipsosque homines captiuos abduxit, à quibus triginta triremes Venetorum in Creta, totidemq; in Cania paratas esse intellexit: tertio die postinde egressus est cum quadraginta triremibus, ad insulam deuastandam, verū

I

aduersa tempestate repulsus fuit.

Sed in Cypro Turcæ iam fossam occupauerant, neq;
à nostris lēdebantur, nisi fortè aliquando desuper, quā
obrem cuniculis agendis ad Reuelinum, S. Nappæ, Cam-
pi Sancti, Andruzij & Armamentarij propugnacula o-
peram dabant. Nostrī cūm aliter hostes lēdere non pos-
sent, ignes arte factos in illorum munitiones iactabāt,
qui in fasces lignorum, & lanarum faccos incidentes, ip-
sis plurimum detrimenti inferebant: Bragadinus quoq;
ut alacriorcs essent, singulis qui faccum lanæ hostibus
cripuissent, præmij loco aureum nummum proposie-
rat. Cuniculos verò etiam hostium cuniculis aduerter-
foderunt: ei que rei Maggius eques singulari virtute præ-
erat, vir industrius, qui que suis laboribus minimè parce-
bat: sed non inciderunt in se mutuò aduersi nostrorum
hostium que cuniculi, præterquam ad S. Nappæ, Andru-
zij & Campi Sancti propugnacula: quamuis sèpe nostri
noctu dieq; prodirent, vt hostilium cuniculorum du-
ctus cognoscerent, & laneos faccos incenderent. Maxi-
maque fuit ea in re Balionei virtus, qui hisce præfectus
singulari industria hostes semper vexauit: idem singulis
agminibus eorum qui tormenta bellica obseruabant,
certum Albanensium (quos Stratiotas dicunt) nume-
rum adiunxerat, qui præ cæteris in ea re singularem vir-
tutem declararunt.

Sed hostes ad vicesimum primum Iunij, cuniculo ad
Armamentarij propugnaculum acto, cui Geambelatinus
Turcarum Bey præerat, ignem iniecerunt, qui magno
impetu ingentiq; ruina murum illum crassissima fre-
git, magnamque illius partem prostrauit: quamobrem
Turcæ subito magno agmine accurrentes, cum signis
vsque ad summas ruinas penetrarunt. Cæterum occur-
rit illi cum suis Petrus comes, qui cum aliâs huic muni-
tioni præcesset, ab hac ruina vehementer cum suis con-
clusus

CONTRA VENETOS.

67

1571 Iunij

cussus fuit: cui primus succurrerit Ester Martinengus cum suis, hostesque repuletunt: quamuis enim benè quinques fessis noui milites submitterentur, tamen id quod volebant hostes, efficere nequiuerunt. Intererat Balio-neus ipse certamini, strenuè dimicans, Bragadinus ve-rò cum Quitino armatus à tergo, fessis militibus nouos submittebat, & Andreas Bragadinus arcis præfetus, qui tota hac obsidione bombardis facinora incredibilia de-dit, inde tormenta emittens, hostes plurimum lædebat. Duravit oppugnatio quinque horas continuas, interie-tantque ex Turcis plurimi & ex nostris itidem, infortu-nio quadam, quòd ignes artificiales male administrati, quandoq; in ipsis metu caderent, & cētū numero aut cōfe-cti omnino, aut fuere grauiter vulnerati. Inter quos fue-rant, Ioa. Franciscus Gorus comes, atq; Bernardinus Vgu-bius dux militaris & Hercules Malatesta, Petrus Comes, alijq; duces militares atq; signiferi grauiter vulnerati.

Sequenti nocte aduēit ex Cretā illuc eeleris nauicula quam Fregata vocant, quæ auxiliorum spem faciebat & proinde omnium animos erexit. Quamobrem Marci Cribellatoris, & Maggi equitis industria, à partibus mu-rorum fractorum & in quibus cuniculos agi sentiebant, parumper recedentes, eas dolīs, capsis, saccisque omni-bus madida terra resertis obstruxerunt: in quos vsus ab-sumptis iam crassioribus telis Græci quicquid habebāt lineamentorum, tapetorum pānorūmque promptissi-mè adferabant: eratque hæc vnicā ratio propugnacula quæ perpetuis bombardarum fulminibus subinde cor-ruebant, promptè reficiendi: noctu enim quod de die destructum erat, reparabant, nec vñquam dormiebāt, nisi sub meridiem quandoque ob summum calorem: per cetera cogebatur miles ad mœnia perpetuò in acie stare, quod hostes illis nullam requiem concederent. Interea verò hostes ad iij. Calend. Iulij, cuniculo ad

Reuelinum sub saxo ignem itidem subiecerunt, qui fulminis instar omnia disiciens, commodissimum illis aditum patefecit. Accurrerunt igitur magno impetu, Mustafa ipso ducente impellenteque, quos Hercules Martengus comes cum suis fortissime excipiens, & aperto marte pugnans, quod munitiones omnes ab igne fratre fuissent, repulit. Amisit autem ex ducibus atque pri marijs Magnum censem (Sergentem maiorem vocant) Coelium de Focis & Erasimum Firmannum: ex militibus gregarijs circiter trincta: sed vulnerati præterea fuerunt, Soldatellus dux, Antonius Ascolanus & Ioan. Istrianus signifer, vnà cum alijs qui muneribus præerat. Oppugnarunt eodem tempore etiam Armamentarium: sed inde multo maiori suorum quam nostrorum detimento recesserunt: quamuis ex nostris quoque Jacobus Fabrianus dux interierit, & Ester Martinengus comes in tibia sclopeti iectu fuerit vulneratus. Duravit oppugnatio sex horas continuas adstante Limisi Episcopo, cu cruce seruatoris nostri symbolū ostētante, & militū animos confirmante. Mulieres etiam quādam fortes accurrerunt, quæ partim saxis & armis, partim aqua militem adiuuarunt.

Classe Turcica interim ad Amphimalem commorata, ad decimum nonum lunij, transferunt non sine diuina ope iuxta illam quaternę Venetorum naues onerarię quæ Cretensibus militem atque commeatum aduehebant: cum enim non longius ab hostium nauibus transundo, quam tribus passuum millibus abessent, ab his ramen conspici nequieverunt, propter nebulam, quæ illeas eo mane tegebat: sicque in Cretam incolumes peruenierunt. Eodem tempore aduenit etiam in Caniam alia nauis cum militibus, ad illius urbis custodiā misfis. Cæterum Ali postero die quam hæc accidissent, Oluzalium cu quadraginta triremibus versus Rithymnam

CONTRA VENETOS

69.

nam (nunc Retimum vocatum) dimisit, & ipse exposito
in insulam milite, conabatur eam excursionibus deua-
stare. Verum præfecti singulas munitiones præsidij iā
optimè muniuerant, & presertim Canienses: qui prorū-
pentes, tam fortiter hostes adorti sunt, vt magno suo dā
no recedere in naues cogerentur. Oluzalius quadragin-
ta triremibus ad Rithymnam appulsus plus proficiebat:
cum enim cum locum desertum propè inuenisset, illū
planè destruxit. Deinde vbi ad Ali rediisset, soluere ab
Amphimali (nunc Suda nominatur) cum vniuersa clas-
se, & iuxta Caniam transeuntes, satis ab oppidanis lēde-
bantur, inter ceteros vero Cauralius pyrata, emissio ex
vrbe telo, calcaneum amisit. Perrexerunt tamen, & ad
Turturum insulam peruererunt, vbi spoliatis multis vil-
lis, eas deinde incenderunt. Duobus diebus pōst, ex ad-
uersa tempestate, illis duodecim triremes in littus inci-
derunt, ex quibus ternæ naufragium passæ sunt. Sedato
vento, emisere ex singulis tormentis singula fulmina, &
in antennis ignes succēderunt, vt qui in continenti es-
sent, ad naues congregarentur. Sed cùm vnam noctem
binosque dies, inde soluturi, suos expectassent, nec quis-
quam compareret, supputarunt ex fabis (vt Turcis in
more positum est,) quot nam ē suis abessent: cumq; tria
millia & septingentos desiderarent, nequaquam amplius
hanc insulam sibi vexandam aestimarunt, quod id ni-
mio ipsorum periculo fieret. Soluerunt igitur illinc ver-
sus Cerigum contendentes, & vbi ad S. Nicolaum appu-
lissent, expositoque in terram milite multa loca diruisi-
erunt, ad Nauarnum sese receperunt. Cretæ gubernato-
res interim Famagustanis auxilia mittenda, omnibus
modis censebant, idque eò magis faciendum putabant,
quod absque suo damno fieri posset, dum Venetijs quin
que illæ onerariae naues aduenissent. Cuius rei perficien-
dæ occasionem arripiendam sibi existimabant, quām-

DE BELLO TVRCICO

primum hostis ad occasum magis recederet: decreuerantque iam onerarias naues cum comiteatu ad minimum triginta triremibus comitatas dimittere. M. Quirinus huic negotio delectus erat, iamque; suppetias halice in Cyprum deducendi prouinciam suscepereat: cumque non instructas haberet triremes, ut oportebat, Canali classis curatori in Caniam significauit, ut quantum triremium numerum instructum haberet, quo sine periculo carere posset, ad hoc negotium sibi mitteret. Ille cum facilè intelligeret, quantum interesset Famaugstanis auxilia mitti, statim cum nauibus ipse met in Cretam peruenit. Sed nondum tamen hic erant instructe onerarie naues: quamobrem discessit Quirinus postridie Calèd. Iulij, ut dum instruerentur ipse, quo loco hostes essent, cognosceret. Interea tandem Pius V. Summus Pont. diuina fauente clementia, Sanctissimum illud foedus cum rege Catholico atque Venetis procurauerat, quo tenentur confederati non à Turcis modo se in perpetuum coniunctis viribus defendere, verum etiam ad illum ubique oppugnandum parati esse. Conditiones foederis fuerunt inter cæteras, ut Pontifex ipse duodecim triremes armatas cum tribus peditum millibus &c ducentis quinquaginta equitibus suppeditaret. Rex Hispanæ verò omnium belli sumptuum ternas, & Veneti binas sextas cōferrent. Plura sunt in eo foedere expressa, quæ hoc loco cōmemorare opus non est. Cæterum confederati subscripte rati articulis foederis viceximo Maij, & quanto die post, Romæ eos in Cardinalium confessu publicarunt: Venetijs denique ad V. Idus Iulij, qui Matræ Virgini sacer est, singulari pompa eodem in publicum ediderunt. Neque verò cessabat, etiamnum confirmato foedere, Summus Pontifex, hortari peramicè cōfoederatos, ut vires suas mox coniungerent, quibus Fa-

Venetijs pontifex
hespaniæ foedus
fuerunt manuæ

CONTRA VENETOS

71

maugustanis auxilia ferre , & hostem etiam lādere pos-
sent . Soluerunt igitur Venetijs Iunio mense cum suis
triremibus hi duces :

Euangelista Zurlanus.

Paulus Capellus.

Franciscus Pisaurus.

Venerius autē Venetæ classis Imperator, cūm de ho-
stium rebus certior fieri cuperet , Calendis Iulij versus
Zacynthum insulam , misit Ioannem Loredanum cum
Collane Drasio Chersensi , qui ad quintum eiusdem
mensis diem ad Cephaleniam appellentes , cognoue-
runt , hostes ē Nauarnio in Zacynthum insulam conten-
disse , vt illam deuastarent . Quam rem cūm Venerio si-
gnificassent , placuit illi , vt adhuc certior esset , cum
codem Chersense Franciscum Tronum denuō explo-
randi causa dimittere . Sed vbi ad promontorium Du-
catum peruenissent , incidere in duodenas hostium
triremes , quæ Cephaleniam infestauerant , & inde re-
dibant , & Tronus quidem in altum mare egressus ,
captus fuit , sed Chersensis iter versus Corcyram te-
nens , euasit . Bassis Turcicis admodum grata fuit
Troni captiuitas : & quia ab eo intellexerunt , maio-
rem Venetorum classis partem in Corcyra esse , eō
ad insulam infestandam traijcere decreuerunt . Sed
Venerius interim intellexerat , Troni triremem ca-
ptam fuisse : quamobrem nimiam hostium propin-
quitatem formidans , Messenam ad reliquos confœ-
deratos sibi concedendum putavit . Sed prius tamen
per Ioannem Baptistam Benedictum Cyprium , Mar-
co Quitino atque Canali significauit , vt quampri-
imum , cum tanto triremium numero , quantum
possent instructum habere , ipsi quoque codem con-
tenderent , & cum foederatorum classe sese coniun-
gerent .

Iamque appulerant in Corcyram sex magnæ triremes, quas Galeazias vocant: itaque Venerius cum illis, atque quinquaginta alijs triremibus communibus tribusque onerarijs nauibus (quarum vna cōmeatu, alię verò duæ munitionibus onustæ erant) soluit inde ad octauum Iulij. Vbi autem ad Merleras peruenisset, vnius onerariæ nauis commeatum in triremes distribuit, & ipsam nauim in Corcyram remisit.

In Cypro intelligebant hostes quantum ex binis oppugnationibus detrimenti accepissent: itaque mutato consilio, omnes vrbis munitiones bombardicis machinis denuò petere constituerunt: ac proinde summopere festinantes, septenos alios aggeres, arci reliquisque vrbis munitionibus viciniores construxerunt. Hisce imposuerunt machinas bellicas ex alijs aggeribus ablatas, auxeruntque numerum, vt iam octuaginta essent: ac tanto fure ore fulmina emittere coeperunt, vt octaua die Iulij cū sequenti nocte, quinque millia ictuum vibrarint. Quibus vtiq; munitiones mox, à parte anteriori nostros protegentes, plane contriuerunt. Neque n.eas reparare poterat quod continua sclopetariorum & bombardarum grandine homines statim interficerentur, & iam numerus eorum vehementer imminutus esset. In Reuelino autem, dum paulatim cedere cogebantur, & partem ante se sese muniendo crassiorem reddebat, locus admodum angustus factus erat: vt eum cum tabulis tandem atque asseribus dilatare oportuerit: tandem subter ipsum quoque cuniculum egerunt, Maggij equitis consilio, vt si hostes id occuparent, non sine magno detrimen-
to id facerent. Sed hostes ad nonum Iulij, tertio Reuelini huius, & S. Nappæ propugnaculum, Andruzij & Ar-
mamentarij oppugnationem adorti sunt. Et postquam sex integris horis pugnassent, in alijs quinq; locis ijs cede-
re necessum fuit: sed Reuelinum non sine maxima suo-

rum & nostrorū quoq; permagna clade obtinuerunt.
 Nam postquam hostes id magno impetu inuasissent,
 & nostri ob angustiam loci hastis ad sui defensionem
 commode vti non possent, Balionei consilio ac præce-
 pto cedebant: quod dum ab ijs minus cautè fieret, mul-
 tique Turcis etiamnum commixti esent, iniecere reli-
 qui ignem in nostrum cuniculum: qui horrendo specta-
 culo, vno impetu plusquam mille hostes oppressit, & è
 nostris quoque centum numero, inter quos fuit Rober-
 tus Maluetius dux interfectus, & Marchettus Firmanus
 grauissimè vulneratus. In Armamentarij autem pu-
 gn: interiit David Noceus castrorū magister, & Nestor
 Martinengus telo bombardico iactus fuit. Durauit hic
 quoque oppugnatio quinque horas, in eaque Famaugu
 stani singulare virtutis specimen declararunt, accurren-
 tibus scilicet, & strenue laborantibus, tam viris quam foe-
 minis atque pueris. Cæterum succensus sub Reuelino
 ignis ipsum planè disiecerat, vt nemo id occupare tenta-
 uerit, nec enim quisquā hic tutus esse potuisset, quod so-
 lū latus sinistrū erectum permanisset, subter quod no-
 stri alium postea cuniculum egerunt. Sed Limisi porta
 è regione, paulo in humiliori loco sita erat, perque eam
 destruci Reuelini ruinæ importabantur: patebat enim
 semper, vt que id sine periculo fieri posset, portam graue-
 ferreis cuspidibus præmunitam ita suspenderant, vt di-
 sesto vnicō fune caderet, & aditu hostes prohiberet. Ho-
 stes verò postquam diem quicuissent, supra hanc portā
 se aggeribus muniuerunt, nec quemquā è nostris am-
 plius egredi sinebant: saxe enim nostri antea per hanc
 crumpentes, ipsos inuaserant.

Quirinus autem tertio Idus Iulij reuersus in Cretam,
 significauit, hostes versus occasum recessisse, & postero
 die Barzottum Barbarum, quo præsidia Famaugustanis
 decretaverebantur, ob aduersam tempestatem in littus

*Barzottum na-
uis est Barba-
rae familie.*

DE BELLO TVRCICO

incidentis, naufragium passum est: eaque res, propter moram quæ interponeretur, ad nauem exonerandam alias que ipso praesidio oneradas, magnopere impedituit, quo minus Famangustana arx praesidijs muniretur. Quirinus igitur, cognito quod naues onerariae cum praesidijs instructæ non essent, versus Rhodum denuo explorandi causa contendit.

In Cypro autem pridiè Idus Iulij, aggressi sunt hostes Limisi portam, simulque etiam reliqua loca, quæ prius oppugnauerant, inuaserunt. Iamque signa ante portam crexerant, cū Balioneus & Aloysius Martinengus, huius portæ defensores, milites exhortati magno animo prodierunt, maioremque hostium partem qui illic aderant autocidierunt, aut in fugam conuerterunt: simulque nobilis signum, ex ipsius signiferi manibus, Balonei virtute euulsum, secum in urbem reportarunt. Ad Reuelinum autem iterum ignem nouo cuniculo, quem supra à nostris factum fuisse diximus, subiecerunt, eoque oppreserunt hostes quadrungentos. Postero die hostes subiecerunt ignem in cuniculum, sub Armamentarij interioribus muris fabrefactum: cumque non id quod cupiebant effecisset: oppugnationem vti constituerant, neque quam sunt aggressi. Pergebant tamen, & aggredi suos, quos in fossis transuersim construxerant, altiores efficiebant, vt in oppugnatione magis securi forent: in quos usus terram ex vallo intra mœnia sito aufferebant, seque iam ita muniuerant, vt illic cum tentorijs agere possent, nec à nostris conspicerentur. Quibus ita constitutis, septem tormenta bellica, muris ipsis interno vallo premitis iimposuerunt, & ita muniuerunt, vt neque ipsa à nostris conspicere possent: eodemque modo etiam bina ad vallum S. Nappæ, unum ad Andruzium, & ad locum ubi Armamentarij interior pars verberabatur, bina collocarunt: iamque cum tabulis, crudis pellibus intectis,

sub

CONTRA VENETOS

75

sub nostras munitiones ad fodiendum veniebant. Nostrì è contrà illos ignibus artificiose proiectis & nonnūl quam eruptionibus quoque impedire satagebant, sed non sine periculo tamen & detimento. Munitiones quoque quibus à parte anteriori protegebantur, madi- dis Bupalorum pellibus terra madida filisque refertis, la- naque xylinam madida colligata reficiebant: & mulieres Famaugustanæ omnes in Turmas distributæ, singulis diebus sub certo duce certoqne loco laborabant: lapi- des scilicet & aquam comportantes, quæ aduersus ignes ab hostibus proiectos seruabantur. Cæterum Turcæ, cù Limisinae portæ expugnatio non successisset, nouā quā- dam & planè inauditam rationem, id quod volebant perficiendi, excogitarunt. Collegerunt enim magnum accruū cuiusdam ligni, quod Tædam vocant, quodque facillimè aduritur, simulque fœtidissimum odorem ex- citat: eoque ante portam projecto atque accenso, tantū ignem excitarunt, adiectis alijs fasciculis atque trabibus ut à nostris nullo modo extingui potuerit: quamuis è su- periori loco, magna dolia aquæ in ipsummet ignem in- jecerent. Duravit hic ignis quatuor integros dies, quam obrem necessum fuit nostris, ob calorem immensum atque fœtorem, recedere interius, portamque claudere: & hostes interim ad portam proprius accedentes cunicu- los agebant: quo tempore (mirabile dictu) Reuelini aream subito replentes, erigentesque machinam belli- cam illi è Portæ regione statim imposuerunt: sed fuit ta- men postea à nostris eorum institutum terra, lapidibus aliaque materia portam replentibus prohibitum. Iam igitur in vrbe, omnia ad extremum redacta fuerant: dee- rant omnia ad defensionem necessaria, præter solam spem, ducum virtutem, & militum audaciam. Per cæte- ra, vinum absumperant, itemque carnes tam sale condi- tas quam recentes, neque caseos inueniebant, nisi im-

DE BELLO TVRCICO

moderato precio: iamque equos, asinos felesque co-
 mederant, & ex solo pane fabisque viuebant, in potu
 acetō ytebantur aqua permixto, quæ tamen non diu
 etiam durarunt. Sentiebantque nostri ternos cunicu-
 los ab hostibus subter Portę munitiones agi & omnes
 denique magis quam vñquam fecissent, laborare. Iam-
 que eo loco, vnde Armamentarij interiora verberabat,
 aggerē montis instar construxerant, vt altitudine mœ-
 nia superaret, è regione autem propugnaculi eiusdem
 Armamentarij, aliam munitionem fabrefecerant, turri-
 æqualem, & crassi ssimis nauium funibus præmunierūt.
 In vrbē è contrā, ex Italis quidem adhuc supererat quin-
 genti incolumes: atque ijdem ob longas vigilias, conti-
 nuasque sub ardentissimo sole pugnas, planè defessi: ex
 Græcis verò optimi ac strenuissimi quique interierant:
 Quamobrem primarij quique totius vrbis, ad vicesimū
 Iulij ex cōmuni cōsensu, Bragadino libellum supplicem
 obtulerunt, eoque rogabant, vt quoniam res eò redacte
 essent, nec quicquam rerum ad defensionem necessaria
 rum haberent, nulla foret auxiliorum spes, iphiisque ad il-
 lum usque diem opes vitamque pro Illustrissima Vene-
 torum repub. posuissent: vellet ipse deinceps eorum ra-
 tionem habere, sese cum honestis quibusdam conditio-
 nibus dedere, quibus saltem coniugum ac liberorum pu-
 diciiæ vitæque parceretur, quæ aliquin omnia ei pre-
 dæ futura essent. Bragadinus verò illos consolatus, re-
 timorem denique, quem animo conceperant, quantu-
 potuit illis excutere conatus, statim in Cretam celerem
 nauiculam dimisit, quæ illis significaret, quo loco eoru-
 res iam essent.

Philippus Hispaniæ rex interea suam classem instru-
 erat, sub fratre Ioanne Austriaco duce: quem proinde
 totius expeditionis summum Imperatorem designau-
 rati-

CONTRA VENETOS

77

rat: iamque ei mandauerat, ut imposito in naues Hispano milite, Rödolfum atque Ernestum Austriacos Maximiani Cæsaris filios in triremes reciperet, qui à parente in Germaniam vocabantur. Ille igitur assumptis cum classe binis principibus è Catalonia Genuam postridie Iulij appulit cū quadraginta septem triremibus. Obuiam autem progressi fuerant illis Sauoniam usque bini legati, qui omnes tres, eo honore, qui tales principes decet exceperunt. Iamque ante binos dies Venierus Messanam quoque cum Venetoru[m] classe peruererat, habuc ratque obuium M. Antonium Columnam Pontificiaru[m] copiarum ductorem, cum duodecim pontificis & Melitensium equitum quatuor triremibus. M. Quirinus autem postridie Iduum Iulij itidem in Cretā redierat, nec quicquam certi cognouerat de hostibus. Et quamuis ibi Venerij mandata acciperet, quo iubebatur ad eum in Coreyram venire, tamen magis necessarium esse vietabat, auxilia Famaugstanis subministrare: quod certò sciret eos alioquin expugnatos iri, cùm è contrâ natalis pugna dubium exitum esset habitura. Nihilominus tamen cùm multa in vtramque partem perpendere, ab alijs persuasus Venerio obtemperare decreuit. Igitur pridie Calend. Augusti soluit cum viginti triremibus, quæ instructæ fuerant ad onerarias naues, cum comedatu Famaugstanæ tutò deducendas, reliquas naues instructas iri expectabat.

Turcica classis interim deuastata Zacintho insula & Cephalonia, Butinrum se contulerat, quod in contineti è Corcyra regione posatum est: sperabatque se classè Venetorum illic inuenturam. Hinc deinde Soppotum miserat quadraginta triremes, ut illic pedites exciperent quibus hi compensarentur, quos in Creta amiserant. Cùm eo ipsæ Kalendis Iulij peruenissent conspexerunt è longinquæ binas Venetorum naues, quæ duæ erant tri-

K. 3.

DE BELLO TVRCICO

78

remes, quas Michael Barbarigus, & Petrus Bertolazius Iaderensis ducebant: quamobrem eas insequi aliquot Turci cœperunt. Sed illi animaduertēre statim hostes esse, itaque versus Corcyram fuga sibi consuluerūt: cumque iam se euasisse putarent, forte in Oluzaliū, qui in Casappo portu denas triremes habebat, denuō inciderunt: putarunt primum has denas Oluzalij triremes nostræ classis partem esse, quamobrem illis audacter obuiam contendebant: cum verò illas agnouissent hostiles esse, tam propè accesserant, vt non amplius euadendi spes supereret. Cùm igitur iam ab hostibus circundatos se viderent, illis sese absque defensione dediderunt. Oluzalius eos Butintrum ad Ali adduxit, qui magna cū voluptate illos accepit: deinde cum reliqua classe etiam Soppotum concessit. Atque hic vicesimo secundo Iulij qui Sanctæ Magdalena festus erat, Lezeam & Mocenigam Venetorum naues onerarias, quæ octauo eius mensis Venetijs soluerant, cepit. Hæ prius sese ab octodecim hostium triremibus, cum magna eorum cæde, defendebant: sed reliqui hostes cùm Soppoti id intelligenter & bombardica tonitrua audirent, accurrerunt magno narium numero, easque ceperunt. Cæterum è Soppoto Oluzalius cum octodecim triremibus ad Dalmatiam deuastandam profectus est. Ali verò expositis in terram & Ianizeris, eum locum occupauit. Sclopetaij enim nostros, quo minus ad mœnia accedere, & sese defendere possent, globulis prohibebant, deinde muros concenderunt. Itaque nostri, cùm victos sese cernerent, munitio[n]es succenderunt, simulque quingentos Turcas incendio necarunt: sed aucto magnopere hostium numero, omnes capti, aut imperfecti fuerunt, ipse quoque areis præfектus Manolius Murmurius cū reliquis captus fuit. Hisce rebus ad Soppotum ita confectis, Ali Dyrrachii concessit

CONTRA VENETOS

79

concessit, quo loco redijt ad ipsum Oluzalius, & de Epi-
 daurijs magnopere conquestus est, quod illi Francisci
 Troni triremem, quæ fuga in eorum portum euaserat,
 tradere noluissent.. Hinc deinde iterum discedens in-
 tra sinum concessit, & Dulcinium adortus, id vi expugna-
 uit. Oppidani enim, ab ijs qui terra ipsos prius oppu-
 gnarunt, se strenuè defenderant, nec facile vieti fuissent:
 sed cum à naualibus copijs, mari quoque se obseffos es-
 se cernerent, diffidentes suis viribus, existimarunt meli-
 us esse vt honestis conditionibus sese dederent, quām
 manifesto periculo exponerent. Deditēre se igitur ijs
 conditionibus, vt ipsis sua libertas, & militibus vita con-
 fernaretur. Sed bini Turcici Bassæ, qui mari terraque il-
 los oppugnauerant dum inter sese contenderent, cui vr-
 bis illius expugnatio attribui deberet, plerosque eorum
 postea abduxere captiuos: neque enim pluribus liberū
 discessum concederunt, quām Sarę Martinengo Dalma-
 tię praefecto cum suis, & Hieronymo Veniero Dulcinij
 Prætori:

Ali confectis his rebus ad Antiuariū peruenit, idque
 facile occupauit, quod Alexander Donatus illius Præ-
 tor abiecto planè animo sese dedidisset: quāvis fortuna
 illis aduersa, octo triremes, ibi per naufragiū amiserint.
 Ceterū munito Antiuario, ad Buduam peruererūt, cui
 Augustinus Pasqualigus prærerat, & quia hæc ea in parte
 qua mare alluit, minimè munita esset, iisdem se cōditio-
 nib. dedidit, quibus Dulcinienses se prius dediderant.
 Hinc deinde ad Castrum nouum circa Idus Iulias cum
 classe appulit, eodemque peruenit etiam Oluzalius &
 Caracoza cum sexaginta triremibus, ad illum sinum de-
 uastandum. Deinde Liesinam peruenientes illius subur-
 bia exuferunt: Curzolæ autem nihil aliud detrimenti,
 attulerunt, quām quod Vlatium illius vicum exuferūt:
 mulieres enim illam strenuè defenderunt, quam tamen
 prius

prius viri ob desidiam deseruerant.

Cæterum naues onerariæ cum auxilijs in Creta, Famaugustanis decretæ, nondum instructæ erant, neque ante mensem Augustum expediri poterant: cum ob eam causam, quod Barzotum Barbarum naufragium fuisse peressim, tum etiam propter aduersam tempestatem. Sed propter omnia hæc impedimenta, Deo Opt. Max. gratias merito tamen agere debemus, quia ad Christianorum utilitatem omnia cessere. Si namque haec naues onerariæ, cum viginti quinque aut triginta triremibus, ut inter nos tres conuenerat, Famaugustam cum praefidjis deductæ fuissent: prælium nauale à nostris nequam fuisse commissum. Cæterum Venetij soluerunt eodem mense cum suis triremibus Ioannes Malipetruſ, & Daniel Pasqualigus.

Famaugustæ vero, absoluuerant iam hostes inceptos cuniculos, ijsque tertio Calend. Augusti ignem subiecerunt. Noſtri autem interea temporis, reficiendis munitionibus, quæ à bombardicis machinis fuerant destructæ, operam dederant, quamvis nulla alia materia suppeditaret ad eam rem, quam facci ex panno laneo subtilique quem cariseam vocant, facti, quam re Tiepolus curabat. Sed terni cuniculi ad Portæ altam munitionem, quam Caualerium vocant, magnam ruinam ediderant, eiusque maiorem partem diruerant: simulque interemerant illicius præfectum Rondachium. Cuniculus item ad Arma mentarium factus, totum id quod supererat propugnaculo ita destruxerat, ut solæ binæ alæ adhuc erectæ starent, simulque etiam magnum nostrorū agmen opprimerat. Itaque hostes easdem hasce alas occupare conati, alia quoque loca verberata inuaserunt: duravitque pugnatio à vicesima hora usque ad noctem: non sine multa eorum strage. Eaꝝ in re, ut & aliâs facere solebat, Iacobus Strambalius, singulare virtutis specimen edidit.

CONTRA VENETOS

81

edidit. Sed die postera albescente iam cœlo iterum omnibus locis, quibus ante tentauerant, oppugnationem aggressos, post sextam horam, nostri absque magno detrimento repulerunt, quod eo die nequaquam tam strenuè, atque ante solebant, pugnassent. Qui tamen cum tremibus ex altera urbis parte erant, nostris, bombardis fulminibus in urbem iactatis, satis molesti fuere. Nam igitur depulsis denuò ab expugnatione hostibus, ad huc peius se nostrorum res quam prius habebant, neque enim inter cetera, tota urbe plus quam septem bombardici pulueris peregrina dolia erant. Quam obrem decreuere gubernatores tandem, se honestis conditionibus dedere, cuius rei causa ad Calend. Augusti inducunt eos ut vtrinque bini obsides darentur, donec reliquæ conditiones tractarentur. Prodierunt igitur ex nostris in hostium castra Bragadini iussu, Hercules Martinenus comes, & Matheus Colfius Famaugustanus: ex hostiis in urbem contrà venerunt Mustafæ Vicarius, & lanizerorum Agæ item vicarius. Hisce Balioneus cum ducentis sclopetariis obuiam profectus est usque ad portam, & nostros vice versa Mustafæ filius cum magna cœquitate & sclopetariorum pompa honorifice excepit. Vbi vtrinque dati obsides fuissent, tractauit Balioneus cum illis deditiois conditiones: petebantque nostri cōseruari sibi vitam, arma, fortunas, concedique quinque machinas bellicas, ternos pulcherrimos equos, & in Cretâ usq; tutum iter à tricribus defensum, ipsis denique Græcis domi suæ remanere, suis opibus frui & Christianam religionem colere liceret. Mustafa omnibus assentit, & propria manu subscripsit. Itaque cœperunt statim militem nauibus imponere, iamq; id maiori ex parte factum fuerat, volebantque iam ipsi duces quoque discedere, cum postridie nonas Augusti Bragadinus per

L

famagusta d.
datur.

82

DE BELLO TVRCICO

Nestorem Martinengū ad Mustafam literas dat, signifi-
catque, sub vesperam se cum clauibus ad eum venturū,
& in arce Tiepolum relicturum, daret igitur operam ne
quisquam interim molestia afficeretur: præsertim quod
usque ad eam diem Christiani cum Turcis absque vila-
suspicio conuersati fuissent, & erga se mutuò huma-
nitatem declarassent. Mustafa viua voce respondit, Bra-
gadino nuntiaret, ut veniret quandocunque placaret,
se enim libenti animo illum visurum & cognitum, ob-
singularem virtutem, quam ipse cum alijs ducibus atq;
militibus declarasset; quam vbique locorum celebrare
vellet: daturum præterea operam se, ne quisquam in
vrbe interea ledederetur. Quibus ex Martinengo cognitis
Bragadinus, sub vesperam, vicesima prima hora ad illū
accessit. Comitabantur autem illum Balioneus, Aloy-
sius Martinengus, Ioannes Antonius Quirinus, Andreas
Bragadinus eques ab Hastis, Carolus Ragonasius, Fran-
ciscus Straccus, Hector Brixianus, Hieronymus Sacileus
aliisque permulti viri nobiles, & ex gregaris militibus
quinquaginta: ac nobiliores quidem, gladijs, milites ve-
ro reliqui sclopetis instructi erant, sicque ad Mustafæ
tentorium peruererunt. Mustafa illos primum perhu-
maniter excepit: iussit sedere, sed ex uno colloquio de-
inde ad alia paulatim digrediens exvana quadam occa-
sione Bragadino obijcit, quod durantibus inducjs ca-
ptiuos quosdam (quod minimè verū erat) necari cura-
set, itaque in pedes prosiliens, & excandescens ira, māda-
uit ut omnes vincirentur. Ij igitur inermes omnes, qui
ad eius tentorium cum armis nemini accedere licet,
vinceti, & ante tentorium producti, spectante Mustafa, in
frusta dissecti fuerunt. Bragadino autem, postquam ter-
caput præbere ipsum iussisset, ac si id foret amputandum
& ille fortiter porrexisset, aures abscedit, deinde in terrā
suo iussu procidentem alloquutus est, diras in seruato-

Turk grau datur
fidi vindicta expedit
nos proditorum

CONTRA VENETOS

81

Furinagusta

7 die Augst 1570

ris nostri contumeliam blasphemias euomens, rogan-
que vbinam esset tunc sius Christus, qui ei suppetias fer-
ret? Quibus omnibus Bragadinus nihil vñquam respō-
dit. Hercules Martinengus obses, itidem vincitus fuit, sed
Eunuchi Mustafæ opera tamen latuit, donec ipsi Bassæ
ira deferbuisset, postea pro captiuo fuit detentus. Græ-
ci tres, qui sub eodem tentorio erant, dimissi fuerunt: cæ-
teri milites, & Christiani omnes, qui tunc in hostium ca-
stris, nihil huiusmodi perfidiæ suspicantes, erant, trecen-
ti circiter numero, necati subito fuerunt: qui naues iā
conscenderant, itidem detenti & spoliati sunt. Post hanc
carnificinam, quæ septimo die Augusti fuit Mustafa in
vrbem ingressus est & Tiepolum suspendere curauit.
Nestor Martinengus comes etiam in vrbe erat, sed latuit
hinc inde in Græcorum domibus quinque dies, demum
cum amplius in occulto esse nequiret, Sangiacco de Bi-
ro cuidam, captiuū se dedit, simulq; quingentos numos
aureos (quos Zechinos vocant) ei promisit, quo cum in
castris māsit. Decimo septimo Augusti, qui dies Veneris
est, atque etiam Turcarum festus, produxerunt Bragadi-
nū, spectante sēper Mustafa, ad singula diruta loca quib.
vrbis fuerat verberata, & in singulis binas terrā mēsuras
ascendēdo & descēdendo ferre, deinde terrā ipsam exo-
sculari insserunt cum ante Mustafam transiret, tum ad
mare deductum & in sede positum ad antennas usque
supra malum traxerunt, vt ab omnibus Christianis, qui
adhuc in portu erant, conspiceretur: quo facto, in fortū
cum eo reuersi ipsum denudarunt, & quo loco publicè
malefici ferrea catena collum comprehensi, exponi so-
lent, illuc vincitum viuumque excoriarunt. Cæterum
Bragadinus hanc crudelitatem magna constantia pertu-
lit, tantumque abfuit quin animo deficeret, vt potius
inter ipsos cruciatus, tyranno hanc perfidiam fortiter
obijceret: Deo interim supplicabat vt sui misereretur, sc

DE BELLO TVRCICO

que ei omnino committebat. Vbi cruciatus hi finem
habuissent, pellemeque carnifices misero detraxisserent,
eam paleis stramineque repletam, & ad antennas suspen-
sam per maritima Syriae locali ludibriis causa duxerunt, &
omnibus ostentarunt.

Cæterum fuerant in castris Turcarum ad Famaugu-
stæ obsidionem ex omni genere ducenta millia homi-
num, inter quos erant stipendijs conducti octuaginta
millia, quatuordecim millia Ianizerorum, & sexaginta
millia spontaneorum. Sexaginta quinque diebus qui-
bus urbem oppugnarunt, centum & quadraginta ferrea
rum pilorum millia ex bombardicis machinis in urbem
coniecerunt. Fuere quoque in eo exercitu cum Musta-
fa, magni nominis inter Turcas viri, qui iam recense-
buntur:

Bassa Alepi

Bassa Natoliæ

Mustafer Nicosiæ Bassa, qui hic obiit.

Bassa Caramaniae

Ianizerorum Aga

Giambelatus Bey, ibi interemptus.

Tripolis gubernator, quem Sanzacchum vocant.

Græciae Beliarbey

Bassa Scisuari & Marasci

Ferca Famburarus

Antippi Sanzaccus

Solimanus Bey

Arabiæ tres Sanzacchi, ex quibus
vnuis interiit.

Mustafa Bey & spontaneorum dux

Fergatus Bey Malathiæ præfctus

Famburianus Diueriaæ

} Hi sex in hac op-
pugnatione in-
tierunt.

*Ex Christianorum ducibus militaribus quoque in hac
obsidione interierunt hi:*

- | | |
|--|-----------------------|
| Estor Balioneus | |
| Aloysius Martinengus | |
| Federicus Balioneus eques ab Hasta, gubernatoris Vi- | |
| carius | |
| Dauid Noceus castrorum magister | |
| Mignanus Perusinus magnus Censor | <i>Sergent maior.</i> |
| Sigismundus Casoliti comes | |
| Franciscus Lobij comes Cremonensis. | |
| Franciscus Troncauilla | |
| Annibal Adamus Firmanus | |
| Scipio Tiphernas | |
| Carolus Ragonascus Cremonensis. | |
| Franciscus Stracus | |
| Robertus Maluetius | |
| Cæsar Aduersanus. | |
| Bernardinus Augubius | |
| Franciscus Bugonus Veronensis. | |
| Iacobus de Fabiano | |
| Sebastianus à Sole Florentinus | |
| Hector Brixianus Cæsaris Aduersani successor | |
| Flaminius Florentinus Sebastiani à Sole successor | |
| Bartolomeus Cernoleus. | |
| Erasmus Firmanus Cernolei successor | |
| Ioan. Baptista Riuarolus | |
| Ioan. Franciscus Venetus. | |

*Captivi autem ab hostibus abducti sunt
hi duces:*

Hercules Martinengus comes, vna cum suo milite Julio

DE BELLO TVRCICO

Cæsare Chelfo Brixiano
 Nestor Martinengus comes, qui tamen auffugit.
 Marcus Cribellator Venetus
 Hercules Malatesta Ariminensis
 Petrus Montalberti comes
 Horatius de Veletrijs
 Aloysius Pezanus
 Iacobus Corbaræ comes
 Ioannes de Histria
 Soldatellus Augubinus
 Ioannes Asculanus
 Antonius Asculanus
 Sebastianus Asculanus
 Salganus Tiphernas
 Marchio Firmanus
 Ioannes Antonius Placentinus
 Carlettus Naldus
 Laurentius Fornarettus
 Bernardus de Brixia
 Bernardinus Coccus
 Simon Bagneseus, Dauidi Nocco suffectus
 Tiberius Ceruleus, Sigismundo comiti suffectus
 Iosephus Lancianus, Francisco Troncaillæ suffectus
 Margentens Annibal successor
 Vicarius, qui Scipioni Tiphernati successerat
 Signifer, successor Roberti Maluetij
 Octavius Ariminensis, Francisci Bugonij successor
 Marius de Fabiano Iacobi de Fabiano successor
 Franciscus de Venetia Antonij successor
 Matheus Capuanus
 Ioannes Maria Veronensis
 Mancinius
 Ioannes Mormoreus singulari industria præditus, qui
 mox

CONTRA VENETOS

87

mox obiit
Maggius eques.

Mustafa rebus ita confectis, Famaugustæ gubernantur
dæ Famburarum, qui tunc Rhodo præerat, præfecit, &
ad totius insulæ defensionem peditum quidem viginti,
equitum verò duo millia reliquit, veluti id Serenissimo
Venetorum Principi, ordine narravit Nestor Martinen-
gus comes, postquam se à seruitute tyranni fuga libe-
rasset.

Sed Ioannes Austriacus pridie Calend. Augusti, cum *Hann Jr. class. prof.
gentes.*
Genua soluere vellet: discessere ab illo bini Austriaci prin-
cipes Cæsar filij, iter propositum prosequentes. Ipse
igitur regiam triremem sequenti luce cōscendit, & quin-
to deinde die, relicto in Specie portu Ioanne de Car-
dona, cum duodecim Ioan. Andreæ Auriæ triremibus,
vt in illas militem exciperet, versus Neapolim vela da-
bat: cumque ad nonum eius mensis diem, eò appulisset
singulari apparatu fuit exceptus.

Sed in Creta, dum auxilia Famaugustanis expedire sa-
tagerent, nec eos iam in hostium potestate esse sci-
rent, venit eo Ioannes Baptista Benedictus Idibus Augu-
sti, cum mandatis Venieri totiusque senatus Veneti, vt
quām primum Messenam versus contenderent, seq; cū
classe foederatorum coniungerent: quamobrem M. Qui-
rinus atque Canalis, non sine dolore, cogitationes de au-
xilijs Famaugustanorum relinquentes, statim cū omni-
bus nauibus Messenam versus cursum tenuerunt.

Turcica classis iam ad Castrum nouum naues refe-
cerat, & Buduam rediens, pro illius gentis more, cau-
sam contentionum comminiscens, afferebat oppida-
nos, quosdam è Turcis necasse: quamobrem omnes ab-
duxerunt captiuos, & urbem spoliarunt. Postea vbi ad
Valonam peruenissent, appulerūt eò quoque Oluzalius
& Caracoza cum amplissima præda & plurimis captiuis,

DE BELLO TVRCICO

gloriabantur etiam inter cætera, quod Lisenæ ex D. Marciæ Virginis templo Canalis curatoris Fanum abstulissent, idque felix augurium esse ominabantur. Quæ cum ita sese haberent, Ali binas versus Siciliam biremes explorandi causa, & Oluzalium versus Calabriam, cū quinque dimisit: reliquoque hic Mehemet Beyo cum Thefaurario, ad Sasenum concessit, ynde non statuerat discedere priusquam de suis è Bizantio, & de Christianorum classe, aliquid certi cognosceret.

*Ex Venerij. p[ro]p[ter]e
er de laudis Spanie*

Sed Ioannes Austriacus, instructis onerarijs nauibus commeatu & reliquis rebus necessarijs, vicesima prima Augusti Neapoli soluit, vbi ob aduersam tempestatem, aliquot dies subsistere coactus fuerat. Tertia die Messianam appulit, vbi magno cum apparatu fuit exceptus. Inter cætera autem, pontem ligneum mira singularique arte, multisque pulcherrimis arcubus ei parauerant: sericeis pannis, tapetibus, versiculis in illius laudem scriptis, multisque alijs rebus exornatū. Processerant quoque ei obuiam M. Antonius Coluna, & Venerius, cum plurimis bombardis, tormentorumque istib[us] salutauerant. Aderant illic quoque Senatus Veneti legati, qui significabant, Turcas Dalmatiam deuastare, & quos progressus eò usque fecissent, singillatim declarantes, vehementer instabant, ut cito succurrerent. Postero dic, cū terni Imperatores, yna cum alijs vitis praftantibus, de eo quod fieri oportet consultarent, affirmabat Venerius, Cretensium triremes propediem quoque adfuturas. Dubitabant igitur omnes, ne tardius fortassis venirent: & quia absque illis nihil certi constitui posse videbatur: alij alia atque alia proponebant. Alcanius à Cornia autem inter cæteros, sententiam suam scripto comprehensam exhibuit, hoc modo. Quia tibi visum est, summe Imperator, ut scripto meam sententiam declarcm, de eo quod iam faciendum esse existimcm, cum

CONTRA VENETOS

89

ijs copijs, quas nunc habemus: faciam & ab ipsarum co
 piarum commemoratione exordiar. Habemus iam, vt ^{1571 In aucto}
 puto, centum & quadraginta sex triremes instructas, sex ^{numeri naum chechia}
 triremes magnas, onerarias naues viginti, totidemque
 biremes, & ex Creta sexaginta triremes expectamus, de
 quibus tamen per multos dies nihil intelleximus. Tur ^{turcaru 250}
 cas è contrà ducentas quinquaginta triremes instru-
 etas habere arbitramur, & in Dalmatia esse, vbi in conti-
 nenti alium exercitum cum quadraginta aut quinqua-
 ginta millibus hominum habeant. Hæc si ita se habent,
 summe Imperator, nequaquam tuas vires tatas esse exi-
 stimo, vt absque manifesto periculo, hostes querere, &
 prælium committere ausis: sumus enim nimium infe-
 riores præsertim quod verisimile sit illorum classem cū
 remigibus tum militibus optimè instruētam esse. Nam
 cùm ternas nostras triremes totidemque onerarias na-
 ues ceperint, & omnia maritima occuparint: facile si
 quid illis deerat, reficere potuerunt: deinde ex pedestri-
 bus copijs, quas in continenti habent, quotidie quotcū
 que volunt in naues assumere possunt. Si Brundusium
 usque, sine periculo trajectere possis, quod vtique hisce
 summis viris, & rerum naualium peritissimis, dijudican-
 dum relinquo, id ego optimè factum existimarem.
 Hinc enim Venetis, quorum res proculdubio magno
 cum metu administrantur, aliqua spes saltem fieret; de-
 inde cùm tam hostibus vicini essemus, fortè deus ali-
 quam rei bene gerendæ occasionem præbebit. At si me
 tuendum sit, ne hostes nobis in itinere obuiam fiant, nō
 video quid sit agendum, nisi vt Cretenium triremes aut
 certos saltem de ipsis nuntios expectemus. Quando
 enim illas omnino non aduenturas cognosceremus (qd'
 Deus auertat) quām maximum fieri posset triremium
 numerum optimè instruendum armandumque esse cē-
 serem, & ita adornandū, vt si in hostes inciderent, etiā ab

M

ijs fuga se possent subducere, & reliquis deinde, vt Brun-
dusium itidem cum onerarijs nauibus sequantur com-
mitterem. Cum hisce enim quæ sexaginta aut octogin-
ta numero fortassis erunt multa Dalmatis significare, &
toti prouinciae, quæ terra marique infestatur, spem face-
re possemus: aliâs enim ijs nulla certè auxilia suppedita-
re poterimus. Huc accedit, quod in omnem occasione
parati essemus, ad hostem infestandum: simulque intel-
ligeret vniuersus orbis, te, summe Imperator, ad infer-
uiendum Deo & sancto huic foederi paratissimum esse
in omnibus ijs quæ fieri possunt. Sed hæc tamen ita à
me dicta intelligi velim, vt ijs qui melius de hac re indi-
care possunt, libenter subscribere malim: faxit Deus om-
nipotens, vt illius bonis consilijs auxilijsque ad felicem
euentum vtamur.

Interea temporis venerant ad Turcicam classem que
ad Sasenum erat, sub Augusti finem Mehemetus Bey
& Thesaurarius, qui Famaugustam captam effenuntia-
runt, eaque res omnibus animos ad nouas res tentandas
excitauit. Sed paulò post, cùm binæ paruæ explorato-
rum triremes redijssent, & nuntiasserent se, supra Crotone
non potuisse capere: sed cognouisse tamen, quod classis
cofoederatorum coniuncta instruebatur ad Messanam,
relicto Saseno versus Solis ortum nauigarunt.

31 augusti 1571

His ita constitutis M. Quirinus & Canalis, cum sexaginta & binis Cretensium triremibus, Messanam postri-
die Calend. Septembris appulerunt: & magno omnium
gaudio excepti fuerunt. Magno enim desiderio illos ex-
pectauerant, neque sine illis quicquam certi statuere po-
tuerant. Venerant quoque eò die superiori S. Crucis
Marchio, & Ioh. Andreas Auria ex Specie portu cum
duodecim triremibus, & paulò post etiam quadraginta
Neapolitanorum onerariae naues & triginta triremes
appul-

CONTRA VENETOS

91

appulerunt: quibus omnibus Panormitanorum tñrcmes eodem tempore itidem sese adiunxerunt.
 Cæterum hostes è Sasenno Butintrum se receperant, assumptisque in naues quingentis equitibus, eos ad Corcyram, vt illam insulam deuastarent deuexerant, ipsam que insulam triremibus alijsque nauigjs atque militibus prope cinxerant. Sed illic acceptis ex arce in naues telis, ternas triremes, quæ fractæ submersæque fuerunt, amisere, multaque à reliquo milite perpessi sunt. Nostri enim multos ex hostibus ceperunt, & inter cæteros, Bafsum Christianum perfidum, apud Turcarum Imperatorem magnæ autoritatis virum, comprehendenderunt: quæ res effecit, vt deinceps vicina arcis suburbia non magno pere infestarint. Vbi igitur hostes, quantum potuissent insulam infestassent: repositis in naues equitibus, tertio Idus Septemb. illinc soluerunt. Cumq[ue] iam ad Pargā usque peruenissent, appulit eò nuntius à summo Turcum Imperatore, qui Ali significauit, vt quoniam Famaugusta capta esset, victoriae fructu potiretur, omnes vicinas insulas occuparet, nemini parceret, adeoq[ue]; ipsam quoque Christianorum classem (ac si id totum in ipsis potestate situm foret) inuaderet & dissiparet. Is igitur ijs rebus cognitis, illinc decimo sexto Septembbris soluit, & versus Naupactum in Corinthiacum sinum cōtendit, vt postquam classem illic bis coëtis panibus, alijs que rebus necessarijs refecisset, ad Christianos inuadēdos prodiret.

Nostris autem, coniunctis omnibus confœderatorum viribus, læti de eo quod faciendum esset, deliberare cœperunt. Iamque vniuersus orbis Christianus, ob prosperos Tyranni successus, & vehementē imperij Veneti deuastationem, magnopere perterritus erat. Nec ipsi Veneti iam aliunde spem villam habebant, quam ex Diuina benevolētia & eadem hac fœderatorum ad Messanā

M 2

DE BELLO TVRCICO

coniuncta classe. Cæterum erant in hac classe, Pontificis nomine duodecim triremes: Hispaniae regis, triremes octuaginta & vna, cum viginti onerarijs nauibus: Senatus Veneti triremes centum & octo, sex triremes magnæ, quæ galeazæ dicuntur, cum onerarijs nauibus binis. Ut essent vniuersæ confederatorum vires, comprehensis Ioannitarum equitum aliquot triremibus, ducentarum & septem triremium, & sex Galeazæ, cum bono scafarum aliorumque nauigiorum numero. In quibus erat, præter remiges & alios in nauibus necessarios, viginti hominum millia, ex Italib[us], Hispanis & Germanis: & præter hos satis copiosus spontaneorum numerus, instructi omnes, commeatu & alijs rebus necessarijs. Itaque Iohannes Austriacus confederatorum Imperator, Marcus Antonius Columna Pontificiarum, & Sebastianus Venerius Venetarum copiarum ductores, quid deinceps tentandum esset consultabant: eiisque consilio intererant etiam, Magnus Ioannitarum Commendator, Ascanius Cornia, Andreas Auria, Augustinus Barbaricus, M. Quirinus, Antonius Canalis, Venetorum Secretarius cum scriba, interdumque etiam Vrbini Parmæc; Principes, Paulus Iordanus Vrsinus, S. Crucis Marchio, & alij; inter quos Ascanius Cornia, postquam multorum sententias audiuisset, in hunc modum verba fecit.

Binas ternas ob causas solum, viri Principes, decet Imperatorem à prælio cum hostibus abstinere. Quarū prima est, si minus utilitatis ex victoriæ fructu consequatur, quam metuat detrimentum, si ipse fortassis superetur: cuius rei hoc exemplum accipite. Cum Guisianus dux, regnum Neapolitanum superioribus annis inuasisset, imprudenter fecisset Albæ dux, si prælio cum illo decertare voluisset: neque enim Galli eo prælio plusquam exercitum amittere poterant: sed nos si victoria in Gallorum partem inclinasset, vna cum exercitu regnū quo-

hespaniæ 100 navibus
Venetiorum 110 navibus
Pontificiorum 12 navibus
Et 213 navibus præster
Galeazæ et p[ro]pt[er] milles
miles 100000 synter
Præster etiam 100000

Dux Venetiorum
dux et 100 navibus
magister ordinum papæ
Cornelius Joannites

CONTRA VENETOS

93

que amittebamus. Altera causa est, si intelligat hostium copias, absque prælio dissipatas iri. Cuius rei exemplo esse potest Carolus V. Imperator inuestissimus, parentis tuus sanctæ memoriae: is enim cùm in Germania protstantibus bellum faceret, nunquam cum illis prælium committere voluit: ob eam causam scilicet, quod illorū exercitum absque prælio dissipatum iri intelligebat, nec posse illius foederis vires diu consernari. Tertiam denique ob causam potest imperator prælium vitare, si tanto inferiorem se hostibus agnoscat, ut victoriam nequam sperare possit. Iam verò, Viri principes, ex prioribus causis nulla certè nos potest mouere. Nam et si permultum interest, ne hæc Christianorum classis amittatur, sicut ante me multi dixerunt, & concedamus victoriā in hostium partes inclinare, nihilominus tamē si nostri, ut decet, fortiter pugnarint, verisimile est, illorū quoque classem tantopere concussam iri, ut non facile à Turcis instaurari queat: nec tam imbecilles viribus sunt nostri principes interim, ut si quid tale nobis eueniret, copias nostras, ad defensionem saltem, reficere non possent. Quod si autem victoria ipsi potiremur, cum alia maiora sperare possumus, tum verò imprimitis Græcia libertatem. Huc autem accedit etiam quod vel imprimitis cogitandum nobis certoque tenendum est (sic uti & ante hac saepè monui) non posse nos, neque hisce præsentibus copijs, neque alijs quæ deinceps subministrabuntur, aduersus Turcas quidquā memorabile perpetrare, nisi prius classem ipsorum fregerimus. Lassitudine autem, aut necessariarū rerum defectu, dissipatam iri illam, nequaquam sperare possumus: quod hostes eadē hæc potius, sibi de nobis polliceri queant. Cùm igitur tantæ sint nunc vires nostræ, ut victoriam pugnando sperare possumus, dimicandum omnibus modis censeo: neque hanc occasionem vlla ratione prætermittendam.

Sed utrum vires nostræ tantæ sint, vtique considerandū fuerit. Consistunt illæ, quantum ego quidem intelligo, in viris & nauibus. Quorum illi etiam si tales sunt, quæ admodum ante me dictum est, Itali scilicet & Hispani, maiori ex parte nouitij & parum experti, deinde Germani in rebus naualibus parum vtiles, & inter ipsos parvus sclopetariorum numerus: tamen non video, quo pacto hostes hac in parte melius instructi esse possint, ob morbos contagiosos scilicet quos anno superiori in ipsorum classe grauiatos esse intelligimus: tum quod in Cypro magnum exercitum habere cogantur. Iam vero de eorum classis magnitudine diuersa nobis nuntiatur: vt non certo pronuntiare possim, utrum nostra maior inferiorue sit. Cum enim in rebus naualibus parum exercitatus sim, dicere iam nequirem quot quantisque Turcarum communibus triremibus atque biremis, nostræ triremes magnæ æquentur: quamobrem relinquam alijs harum rerum iudicium. Hoc solum pronuntio atque sentio, vt fortunam experiamur, neque enim ita administrari possunt res bellicæ, quin multum in ijs possit fortuna. Soluamus igitur hinc subito cum hac classe, & versus Brundusium aut Corcyram contendamus, vbi enim hostibus tam propinqui fuerimus, de illo sum statu certum quiddam intelligere poterimus, & ex eo consilium capere. Ac siquidem aliqua comparandi commeatus difficultas non impeditat: satius esle iudico, vt in Corcyram, quā Brundusium contendamus, quod necessum sit hostes illac transire, dum in ortum navigant. Hoc autem vel imprimis faciendum arbitror, vt antequam soluamus hinc, certò nobis pugnandum esse constituamus, sitque omnium hæc fixa sententia, vt quā docunque in hostes inciderimus, eos inuadamus: atque discedamus, ex ipsa re consilium capere oportebit, ac si ex

CONTRA VENETOS

95

ex improviso in hostes incidamus, confusi incertique facile dissipabimur. Atque haec quidem sunt viri principes, quae nobis facienda esse existimo: ita tamen ut per iteribus libenter subscribam.

Vbi dicendi finem Cornia fecisset, omnes in illius sententiam transierunt: necessitate enim coacti, vnam haec esse rei bene gerendae viam intelligebant, si oblata occione hostes fortiter inuaderent. Ioannes Austriacus ergo, ne quicquam eorum quae bonum imperatorem decet, omittet, quid singulis agendum deinceps esset, & quomodo progrediendum foret imperauit. Vniuersam classem in quatuor agmina distribuit. Bina scilicet Cornua, medianam aciem, quam pugnam ipsi vocarunt, & occulta subsidia. In dextro cornu quinquaginta ternæq; triremes erant, sub Ioan. Andrea Auria duce, signumq; habebant viride dissectum in mali summitate. Sinistrū cornu ex totidem numero triremibus constabat, & Augustinum Barbarigum ducem habebat, cum signo flavo dissecto in dextra mali parte. Mediae aciei cum sexaginta, & vna triremi, præerat ipse metus Imperator Ioannes Austriacus, habebatq; signum violacei aut coelestis coloris dissectum. Tria haec agmina, centum, vna ac sexaginta triremibus constabant, & ita instructa erant, vt Mediae acies cum binis cornibus iuxta se vtrinque positæ, equis passibus progrederentur: tantum autem distabant cornua ab acie Media, vt interponi potuissent in illud spacium ternæ quaternæq; triremes: idque in eum finem relictum erat, vt singula agmina, prout usus postularet, sese conuertere possent. Subsidiorum agmini Aluarus Bozonus S. Crucis Marchio imperabat, cuius signum album erat dissectum in puppi. Cæterum habebat hoc agmen triginta & octo triremes: ex quibus octo vniuersam classem præuidendi causa, sub Ioanne Cardona duce, viginti circiter aut vigintiquinque passuum milli-

4^o agmina maris

53 numeri

et 53 numeri

61 numeri

et 161 numeri

4^o agmen subsidiorum

38 numeri terreni

DE BELLO TVRCICO

bus præcedebant: habebantque in mandatis, vt per ce-
 leres scafas, subinde reliquis significanter, quod vidisset
 aut comperissent: quod si verò tantum nauium nume-
 rum conspicerent, vt hostium classem esse suspicaren-
 tur, ipsæ quoque ad reliquam classem redirent: & qua-
 tuor illatum sinistro, totidemque dextro cornui cū Car-
 dona suppetias ferrent. Triremes magnæ, quæ Galeazæ
 dicuntur, mediæ aciei atque cornibus præpositæ erant,
 quingentis circiter passibus: & binis quidem, quæ sini-
 strum cornu præcedebant, Antonius & Ambrosius
 Bragadini præerant: quæ præcedebant medium aciem,
 Iacobi Guori & Antonij Duodi imperio parebant: & quæ
 dextro cornui denique præpositæ erant, Andreana Pisau-
 rum & Petrum Pisanum duces habebant. Cæterum di-
 stabant à se inuicem singulæ mille ferè passibus, vt vni-
 uersam classem quodammodo protegerent: & quoniam
 non ita facilè, vt reliquæ triremes remigibus agebantur
 mandauerat sumus Imperator, vt si ventorum commo-
 ditate velis agi nequirent, ab alijs traherentur. Cuius rei
 curam certis ducibus distribuerat. Nam Francisci Duo-
 di nauim Prætoriā ipse & Columna cum suis sibi trahen-
 dam desumpserat: Sebastiano Veniero, & Episcopo Ley-
 ni illam cui Iacobus Gorius præerat: Augustino Barbadi
 co Ambrosij Bragadini: Antonio Canali, Antonij Bra-
 gadini: Messanæ Priori, Andreæ Pesauri: Ioan. Auriæ deni-
 que Petri Pisani triremes magnas cōmiserat. Imperator
 locum sibi in ipsius mediæ aciei meditullio delegerat,
 & à dextris M. Antonio Columna Pontificiarum, à fini-
 stris verò Sebastiano Veniero Venetarum copiarum du-
 store stipabatur. Ipse quoque Columna ab altera parte
 Imperatoria Genuensium nauis muniebatur, quam He-
 stor Spinula ducebat & Parmæ Principem secum habe-
 bat: ac Venierus in latere sinistro itidem Sabaudica na-
 ui primaria, cui Leynus imperabat, quæ Vrbini Princi-
 pem

mille passus amba
 se distabant

CONTRÀ VENETOS

97

p̄evehēbat defēdebatur. Sed & à puppi habebāt Impera
 tor, Colūna & Venerius principē Hispaniē triremē & ma
 gni Castellæ commendatoris itidem triremem. Dextrū
 Mediæ aciei latus, quā à cornu separabatur, claudebat
 Imperatoria Melitensis, cui Messanensis Prior impera
 bat. Sinistrum verò Capitanea Petri Lomelini, sub Pau
 lo Jordano Ursino duce. Ad cornu dextrum, sese Auriæ
 coniunxerat à latere, Ioannes Cardona. In cornu sini
 stro habebat Augustinus Barbadicus vtrinque M. Quiri
 nū & Antonium Canalem. Cæterum in omnibus agmi
 nibus Hispanicæ, Pontificiæ & Venetæ triremes absque
 distinctione permixtæ erant. Hisce peractis, mandauit
 Imperator omnibus ducibus triremium que præfectis,
 vt operam darent, quo omnes subditi piè sancteque vi
 uerent: sic enim fore, in tam iusta causa præsertim, vt
 Deus illorum institutum iuuaret. Vbi verò opus foret,
 omnes constanti animo & absque perturbatione, sua lo
 ca occuparent. Quibus ita constitutis, decimo sexto Se
 ptembris, qui Dominicæ resurrectioni sacer est, Messana
 soluerunt, cùm pridie naues onerarias præmisissent du
 ce Ioanne Dauolo: eodem que die ad S. Ioannis fossam
 vsque peruererunt. Hic habuere obuium Gildum An
 dradam Commendatorem, qui prius explorandæ inimi
 ciæ classis causa dimissus fuerat, qui narrabat, se ante vn
 decim dies è Iapygia soluisse, vbi cognouisset, hostes è
 Nouo Castro supra Catarum discessisse ad Valonam.
 Quibus cognitis perrexere nostri postero die vsque ad
 Album Castrum: tertia ad Squillaceum Promontoriū,
 & quarto ad Crotonis vallem peruererunt. Atque hic
 binos dies ob aduersam tempestatem subsistentes, intel
 lexerunt, per eos dies Christianorum celerem nauiculā
 à biremi Turcica eō fuisse fugatam, vt nautæ quidē eua
 fissent, sed amississent nauim. Deinde, cùm onerarijs na
 uibus (quæ diuersum iter à reliqua classe tenebant) yt in

N

DE BELLO TVRCICO

Corcyram tēderent, mādassent, perrexerūt & vicesimo
 tertio Septembris in Tarentinum sinum appulerunt:
 atque hinc die sequenti in Panormum portum venerūt,
 intellexeruntque hostium classem in Corcyra fuisse, cā-
 que insulam vehementer affixisse, sed discessisse tamen
 inde in ortum. Itaque pergentes eodem die, tertia no-
 ētis hora ad Casopum primum Corcyrae portum appu-
 lerunt: deinde sequenti die ad arcē & propugnacula vsq;
 peruenientes, & cognoscentes vera fuisse, quæ de hostiū
 vastationibus in Tarentino sinu acceperant, explora-
 tores dimiserunt in diuersa loca, vt vbi iam hostes esēt
 certò cognoscere possent. Et ne miles forte diffueret,
 publico edicto cauit Imperator, ne quisquam è sua trire
 mi discederet, si quis secus faceret, ei caput amputandū
 minabatur. Tertio Calend. Octob. autem assumptis in-
 naues aliquot bombardis machinis, alijsque rebus ne-
 cessarijs, cum classe Hispanica ad Benizeas eiusdem in-
 sulæ portum nauigauit, vt illic Venerium cum reliquis
 expectaret: hic enim subsistere per aliquot dies cogeba-
 tur, donec in triremes magnas sex millia sextariorum
 frumenti imponerētur, quæ dcinde Famaugustanis sub-
 sidio per occasionem mitterentur. Quo facto sepe xxx.
 die Septembris, cum reliqua classe Corcyra soluens Im-
 peratori coniunxit, & simul ad Leschinum vsque, extre-
 mum Corcyrae promontorium: versus ortum, nauiga-
 runt: atque hinc traiecto eo sinu, in Gomenizarum
 portum, qui in continentis tutus & magnus est, peruen-
 runt. Hic cum cœlum nubilosum esset, & minus com-
 modos ventos haberent, classem sibi perlustrandam cē-
 fuerunt, vt si quid deesset, prospicere possent, eademque
 nocte appulerunt eō, Gildus Andrada, & Ioann. Baptista
 Contarenus, qui ad Zaczynthum vsque penetrauerant,
 & cognouerant, hostes ad quartum Calend. Octobris
 iam in sinu Corinthiaco fuisse, & classem habere satis
 male.

CONTRA VENETOS

99

male affectam: illorum enim decem circiter biremes,
paruasque triremes cum Moceniga & Cōstantina nauis
bus onerarijs, ægrotos vehentibus (quod tamen falsum
fuisse compertum est) versus Methonem perrexisse.
Quæ res sanè omnium animos erexit, & ad hostes perse-
quendos excitauit. Durabat tamen adhuc aduersa tem-
pestas: quamobrem iussit Imperator Calend. Octob. vt
omnia suis locis reponerentur, & die postero delectus
habuit, vtque reliquias melius instrueret, quatuor trire-
mes dempto milite, & armamentis expoliauit. Pridie
Non. Octobris sedatus est ventus: quamobrem soluerūt
ex eo Gomenizearo portu læti, classemque singilla-
tim hoc modo distributam, instructamque aciem ha-
bebant:

*In Agmine quod classem reliquam præuidendi causa an-
tecedebat hæ triremes atque duces erant:*

Naves

Duces

1 S. Magdalena Veneta	Marius Contarenus
2 Sol Venetus	Vincentius Quirinus
3 Siciliae prætoria	
4 Impatoria Sicula, qua vehebatur	Ioann. Cardona præfctus
5 Imperatoria	Dauidis Imperialis
6 S. Ioannica Sicula	
7 S. Catharina Veneta cum duce	Marco Ciconia
8 Nostra Domina Veneta, cui erat præfctus	Petrus Franc. Malipetrus

DE BELLO TVRCICO

In sinistro cornu erant:

Nauium nomina.

Ducum nomina

1.	Imperatoria Veneta	Augustinus Barbadicus clas- sis Venetę primari⁹ curator
2.	Imperatoria Veneta	Antonius Canalis itidē cu- rator Venetę classis.
3.	Fortuna Veneta	Andreas Barbadicus
4.	Sagittaria Neapolitana	Martinus Pyrola
5.	Triplex manus Veneta	Georgius Barbadicus
6.	Duplex Delfin⁹ Cretēsis	Franciscus Zenus
7.	Leo & Phoenix Caniæ	Franciscus Menganus
8.	S.Nicolaus Chersous	Colanes Drasius
9.	Victoria Neapolitana	Occauius Rocardius
10.	Lomelina	Augustinus Caneualis
11.	Elengina Pontificia	Fabius Valciatius eques
12.	Domina Caniensis	Philippus Polanius
13.	Equus Marin⁹ Cretēsis	Antonius de Caballis
14.	Duplex Leo Cretensis	Nicolaus Fratellus
15.	Leo Istriacus	Dominicus de Tacco
Has, p̄cedē- bat Ambrosius Bragadinus, cū magna trive- mi.	16. Crux Cephaloniæ 17. S.Virginia Cephaloniæ 18. Leo Cretensis. 19. Christus Cretensis 20. Angelus Cretensis 21. Pyramis Cretensis 22. Domina Cretensis cū equo armato 23. Christus resuscitatus Venetus 24. Christus resuscitatus Venetus	Marcus Cimera Christoforus Crissa Franciscus Bonuccius Andreas Cornelius Ioan. Angelus Franciscus Bonus Antonius Eudomenianus Simon Gorus Federicus Renierus
		25. Chri-

CONTRA VENETOS

101

25.	Christus Corcyrensis	Christophor ^r Cōdocollius
26.	Christus resuscitatus Caniensis	Georgius Calergius
27.	Christus Venetus	Bartolomeus Donatus
28.	Christus resuscitatus Vegianus	Ludouicus Cicuta
29.	Retimana	Nicolaus Auonalis
30.	Christus Cretensis	Ioannes Cornelius
31.	Christus resuscitatus Caniensis	Franciscus Zancaruolus
32.	Rodus Caniensis	Franciscus Molinus
33.	S.Euphemia Brixiana	Horatius Fisogna
34.	Marchionissa Auriana	Franciscus Sphedra
35.	Fortuna Andreana	Ioannes Ludouicus Beluius
36.	Brachium Caniense	Michael Vizamanus
37.	Equus Marin ^r Venetus	Antonius de Cauallis
38.	Christus Caniensis	Daniel Calefatius
39.	Brachium Venetum	Nicolaus Lipomanus
40.	Domina nostra Zacyn- thia.	Nicolaus Mondinus
41.	Christus resuscitatus Caniensis.	Franciscus Zancaruolus
42.	Nostra Domina Veneta M.	Antonius Pisanus
43.	Deus Pater super Tri- nit. Venetus	Ioannes Contarenus
44.	Flamma Neapolitana	Ioannes Cueuanus
45.	S.Joan.Neapolitanus	Garzias Vorgarus
46.	Inuidia Neapolitana	Toribius Acauesus
47.	Strenua Neapolitana	Michael Quesada
48.	S.Iacobea Neapolitana	Monserratus Guardiolus
49.	S.Nicolaica Neapolitana	Christophorus Mongiuia
50.	Christus resuscitatus Venetus	Ioan.Baptista Quirinus
51.	Angelus Venetus:	Onfreus Iustinianus

Has cum alter-
ratiremi mas-
gna precedebat
Antonius Bra-
gadinus.

DE BELLO TVRCICO

- 52 S.Dorōthea Veneta Paulus Nanius
 53 Imperatoria Veneta M. Antonius Quirinus clas-
 sis Venetæ curator

*In Media acie qua illis pugna dicebatur hic
 erat ducum, Imperatorum, & na-
 uium ordo.*

Nauium nomina. Nomina Impatorū & ducum

- 1 Imperatoria Lomelina Paulus Iordanus Vrsinus præfetus
- 2 Patrona Lomelina Petrus Baptista Lomelinus
- 3 Imperatoria Bēdinella Bendinellus Saulius præf-
etus
- 4 Patrona Genuensis Pelleranus
- 5 Tuscana Pontifícia Metellus Caracciolum eques
- 6 Homo Marin⁹ Vicētin⁹ Iacobus Dressanus
- 7 Nostra Domina Veneta Ioannes Zenus
- 8 S.Hieronyma Lesinēsis Ioannes Balzius
- 9 S.Ioannica Veneta Petrus Badoarus
- 10 S.Alexandrica Bergo- Ioan. Antonius Colconeus
mensis
- 11 Imperatoria Marina Georgius Astensis præfetus
- 12 Truncus Venetus Hieronymus Canalis
- 13 Mongibellus Venetus Bertucius Contarenus
- 14 Virgo Cretensis Franciscus Dandolus
- 15 Temperantia Ioan. An- Cyprianus Marinus
dree Auriæ
- 16 Bonafortuna Neapol. Vincentius Pascalius
- 17 Arx Hispanica Roccanus Fuluius
- 18 Victoria Pontifícia Baccius Pisanius
- 19 Pyramis M. Antonij S. Vlianæ
- 20 Christus Venetus Hieronymus Contarenus
- 21 S.Fran-

CONTRA VENETOS

103

- 21 S. Frāciscus Hispaniarū Christophorus Guascheus
 22 Pax Pontifícia Iacob. Anto. Perpignanus
 23 Perla Ioan. Andreæ Au- Io. Baptista Spinola
 riæ
 24 Rota Serpētina Veneta Gabriel Canalis
 25 Pyramis Veneta Franciscus Bonus
 26 Palma Veneta Hieronymus Venerius
 27 Imperatoria Gillij An- Bernardus Cinoguerra
 dradæ praefectus
 28 Granata Hispanica Paulus Bottinus
 28 Imperatoria Genuēsis Hector Spinola cum Parmę
 Principe
 29 Imperatoria Veneta Sebastianus Venerius Vene-
 tæ classis imperator
 30 Aregia puppi summi Imperatoris & Sebas-, Vene-
 rīj erat Patrona Regia
 31 Regia Ioannes Austriacus fūmus
 cofoederatorū imperator
 32 Imperatoria Magni cōmendatoris, qui à puppi Au-
 striacum & Columnam muniebat
 33 Imperatoria Pōtifica M. Antonius Columna Pon-
 tificiæ classis imperator
 34 Impatoria Sabaudica: Dominus Leynius cum Vr-
 bini principe
 35 Grifonia Pontifica Alexander Nigronius
 36 S. Theodorus Venetus Theodorus Balbius
 37 Médotia Neapolitana Martinus de Caide
 38 Mons Caniensis Alexander Vizamanus
 39 S. Ioan. Baptista Vene- Ioannes Mocenigus
 tus
 40 Victoria Ioan. Andreæ Philippus Auria
 41 Pisana Pontifica Hercules Lotta
 42 Figiera Hispanica Diegus Lopeus Diglianuss
 43 Christus Venetus Georgius Pisanius

DE BELLO TVRCICO

- 44 S.Ioan.Venetus Daniel Morus
 45 Florentia Pontifica Thomas Mediceus
 46 S.Georgi^r Neapolitan^r Eugenius Vergasus
 47 Patrona Neapolitana Franc. Benauides præfectus
 48 Luna Hispanica Emanuel Aguilarus
 49 Passera Veneta Aloysius Pasqualigus
 50 Leo Venetus Petrus Pisanus
 51 S.Hieronym^r Venetus Casparus Malipetru^s
 52 Impatoria Grimaldica Georgius Grymaldus præ-
fectus
 53 Patrona Dauidis Imperialis Nicolaus Luanus
 54 S.Christophor^r Vener^r Alexander Contarenus
 Frāciscus Duo^r 55 Iuditha Zacynthica Marinus Sicurus
dus magnarū 56 Larmelina Cretensis Petrus Gradenigus
triremiū dux. 57 Media Luna Veneta Valerius Valeressus
 58 Doria Io.Andreæ Iacobus Casalis
 59 Religio S.Petri Santubius
 60 Religio S.Ioannis Aloysius Tressera
 61 Imperatoria Melitēsis Messanæ Prior præfctus.

Cornu Dextrum.

Nauium nomina.

Ducum nomina.

- 1 Imperatoria Sicula Ioa.Cardona præfct^r qui ta-
mē dū nauigabāt, p̄cedebat
 2 Pedomōtana Sabaudica Octavianus Moretus
 3 Imperatoria Nicolai Pandulfus Polidorus
Auriæ
 4 Forza Veneta Renierus Zenus
 5 Regina Cretensis Ioan. Barbarigus
 6 Ninus Venetus Paulus Polanius
 7 Christus resuscitatus Benedictus Soranzius
Venetus
- 8 Homo

CONTRA VENETOS

103

8 Homo Armatus Reti-
mus

} Andreas Calergius

9 Aquila Retima	Iacobus Medius
10 Palma Caniensis	Stellius Carchiopulas
11 Angelus Corcyrensis	Ioannes de Dominis
12 S.Ioannica Arbea	Lodouicus Cipicus
13 Domina Frauica	Antonius Pasqualigus
14 Nauis Veneta	Marcus Foscarinus
15 Nostra Domina Cre- tensis	
16 Christus Cremensis	Franciscus Cornerius
17 S.Victorius Cremensis	Euangelista Zurlanus
18 Patrona Grimaldica	Laurentius Treccha
19 Patronia Marinia	Antonius Cornilius
20 Margarita Sabaudica	Bataglinus
21 Diana Genuensis	Io.Georgius Lasagna
22 Gingana Neapolitana	Gabriel Medinus
23 Luna Neapolitana	Julius Rubbius
24 Fortuna Neapolitana	Diegus Medranus
25 Spes Neapolitana	Petrus Bustus
26 Furia Lomelina	Iacobus Chiappeus
27 Patrona Lomelina	Georgius Græcus præfctus
28 Negrona	Nicolaus Costanus
29 Bastarda Negronica	Laurentius de Turri
30 Ignis Cretensis	Antonius Bonus
31 Aquila Cretensis	Hieronymus Georgius
32 S.Christophor ^o Venet ^o	Andreas Tronus
33 Christus Venetus	Marcus Antonius Landus
34 Spes Cretensis	Hieronymus Cornarius
35 Recatila Patauina	Patarus Buzacarinus
36 S.Iosephica Veneta	Nicolaus Donatus
37 Gusmana Neapolitana	Franciscus Osedus
38 Determinata Neapol.	Ioannes de Carasse
39 Sicilia Sicula	Franciscus Amadeus

O

- 40 Patrona Nicolai Aurię Iulius Centurio
 41 Aquila Corcyrensis Petrus Buanus
 Petrus Pisa: 42 S.Trifonica Catari Hieronymus Byzanteus
 nus cum trire: 43 Turris Vicentina Ludouicus de Portu
 mi magna. 44 S. Maria Pontifica Pandolfus Strozzius eques
 45 S. Ioannica Pontifica Angulus Bifalius eques
 46 Patrona Negronia Ludouicus Gamba
 47 Imperatoria Negronia Ioa. Ambrosius Negronius
 48 Monarcha Io. Andreæ Nicolaus Garibaldus
 49 Donzella Ioannis An- Nicolaus Imperialis
 dreæ
 50 Impatoria Io. Andreæ Ioan. Andreas Auria

*Subsidiorum agmen, quod custodia causa po-
ne sequebatur, has naues ducesq;
habebat.*

Nomina nauium.

Ducum nomina.

- | | | |
|----|--------------------------------|---------------------------|
| 1 | S.Ioannica Sicula | |
| 2 | Baccana | Ioan.Petrus Morilus. |
| 3 | Leina Neapolitana | |
| 4 | Cōstātia Neapolitana | Petrus Delagia |
| 5 | Marchesia Neapolitana | Ioa. Machadus |
| 6 | S.Barbara Neapolitana | Ioan. Aschaleus |
| 7 | S.Andreas Neapolitanus | |
| 8 | S.Catharina Neapol. | Ioan.Rufius de Velasco |
| 9 | S.Bartholomeus Neapolitanus | |
| 10 | S.Angelus Neapolitanus | |
| 11 | Terana Neapolitana | Ioan.de Ripa Neillinus |
| 12 | Christus Venetus | Marcus Molinus |
| 13 | Duplex man ^o Veneta | Ioan.Loredanus |
| 14 | Imperatoria Neapol. | Aluarus Bazanus S. Crucis |
| | | Marchio præfctus |
| | | 15 Eides |

CONTRA VENETOS

107

25 Fides Veneta	Io. Baptista Contarénus
46 Columna Veneta	Caterinus Malipetrus
17 Magdalena Veneta	Aloysius Balbius
18 Domina Veneta	Ioannes Bembus
19 Minidus Venetus	Philippus Leo
20 Spes Veneta	Io. Baptista Benedictus
21 S. Petrus Venetus	Petrus Baduarus
22 S. Georgius Sebenicus	Christophorus Lucichus
23 S. Michael	Georgius Cochius
24 Sibylla Veneta	Daniel Tronus
25 Grus Hispanica	Ludouicus de Hereda
26 Impatoria Vachesia	Vaschedus Coronad⁹ pfect⁹
27 Suprana Pontificia	Antonius Asculanus
28 Occasio Hispanica	Petrus Roisius
29 Patrona Pontificia	
30 Serena Pontificia.	

A uita ex ordine?
302 manus

Sic distributa classe nauigabant, & quilibet suo numeri satagebat, quod ut accuratius fieri posset, singulis quoque vicenis triremibus ducem præfecerant, qui hūc ordinem obseruari ab omnibus curaret. Iamque Paxuvios scopulos eodem die præterierant, & peruererant usque ad locum, qui è Lartani sinus regione positus est. Atque hinc(eùm de die ad Cephaloniam peruenire nō possent) demissis velis, tota nocte lente progressi sunt: summo manè humilioribus velis, quæ trinchettos vocat, nauigare coeperūt, eademque cura & ordine pergeant, nauigare coeperūt, eademque cura & ordine pergentes, vicesima secunda hora ad Cephaloniam peruenient, in Viscardum videlicet sinum. Nocte sequenti ad horā nonam soluerunt inde, vt in Petalam portū, qui è Cruzolariorum scopulorum (hos Ptolomæus, ni fallor Vmbraticos vocat) regione situs est, peruenirent: sed oblitus illis vehemens quidam ventus, qui è Corinthiaco sinu spirabat, itaque in Alexandrinæ vallis portu, ad eandem hanc Cephaloniam substiterunt. Hic literas à

DE BELLO TVRCICO

Paulo Contareno Zacynthi insulæ præside acceperūt quibus certiores facti sunt, classem hostium in sinu Corinthiaco esse, malè affectam: & quadraginta nauigia Oluzalio duce discessisse à reliqua classe, versus Methonē. Nec multò post è Creta, literas Marini de Caballis, illius insulæ præfecti, acceperunt, quibus ipsis significabat Famaugusta iā à Turcis captā esse: idq; se cognouisse è captiuis asserebat. Mustafā.n. biremē cū magno captiuo rū numero, ad classem suā Raiso duce misisse, cumq; Raisiis forte in itinere, è nauī descendisset, captiuos cū biremis in Cretā aufugisse, & ei quo pacto Famaugusta capta esset, indicasse. Quib. rebus cognitis nostri, vel imprimis existimarunt sibi esse pergendū, & hostem inuadendū.

Sed neque hostes interim ociabantur: cùm enim ad Naupactum in Corinthiacum sinum Ali, quarto Calēd. Octob. peruenisset: Mehemetum Beyum cum sexaginta triremibus ad Aspropitium (quæ vrbs intra eundem hunc sinum est) miserat, vt inde commeatum ac militē præsertim adferret, quo in omnem ciuentum paratus esset. Is ergo rem iam expedierat, reuersusque præter comediatum & alias res necessarias, decem Ianizerorū, duo peditum & totidem spontaneorum millia adduxerat. Interea temporis intellexerat, nostram classem è Corcyra in Cephaloniā aduenisse: sed de illius magnitudine aut instituto nondum quicquam, certi habebat. Nam eti Caracoza explorandi causa dimissus, retulisset se, nostram classem diligenter inspexisse, nec habere illā plus quam centum & quinquaginta triremes: tamen id falsū erat. Sed nihilominus tamen, ac si infortunium suum præuiderent, omnes in illius classe timebant. Ali igitur, quamvis certò statuisset præmium sibi committendum, tamen, ob eandem hanc causam, cum reliquis viris principibus, quos secum haberet, de eo quod faciendum esset, prius deliberandum censuit, quām noua auxilia nūibus

CONTRA VENETOS

109

vibus imponeret. Conuocatis igitur præcipuis quibus
que & rei militaris peritissimis, amplam potestatem fe-
cit omnibus, quod sentirent, liberè pronuntiandi. Diu
deliberarunt: multi enim ut Ali gratificarentur, quem
decertare velle sciebant, fortunam experiendam affir-
mabant, nec pauci è contrà Portauo Bassæ, qui à prælio
abstinendum esse omnibus modis affirmabat subscrive-
bant. Dum igitur varia ab alijs atque alijs sententiæ di-
cerentur, Hassanus Bassa Barbarossa Algieri præregis-
tus est.

Viri principes, præ cæteris omnibus potentes, amati,
& ab inuictissimi nostri Imperatoris Maiestate, ad sum-
mum gloriae vestigium euecti, cupidissimi inseruendi
immensæ imperatoris nostri gloriæ, quæ est umbra &
spiritus dei viuentis in secula seculorum. Sunt Idolola-
træ isti, in rebus diuinis plusquam bestiæ, & veri filij Dei
hostes. Nolle ergo dubitare vos, utrum inuadenda ca-
piendaque eorum classis sit. Nam præter illa indicia,
quæ multi ante me prudenter commemorarunt, certò
possimus ex captiuis cognoscere, eandem esse hanc gen-
tem, eodemque modo congregatam, quæ ante triginta
annos, in ijsdem hisce maribus maiori nauium numero
coniuncta ab Hariadino Barbarossa patre meo fracta fuit
tanta facilitate, ut neque gladiū illi stringere opus fue-
rit. Nam etiam si maiore quam pater meus classem ha-
berent, tamen conspectis nostrarum triremium rostris,
auditoque nostrorum clamore & forti impetu, in fu-
gam sese coniecerunt: sunt enim ita pusillanimes, ut au-
ditio nostro nomine fugiant. Accedit huc quod ex diuer-
sis nationibus coniuncti cum sint, ipsi se mutuo oderūt,
nec quisquam alteri parere vult, quæ res in exercitu quā
maximi momenti est: conuenere nunc multæ diuerso-

O . 3 .

rum principum triremes, non ut se pro communi defen-
 sione alicui periculo exponant, sed ut magnam classem
 habere videantur. Blasphemi sunt, Dei contemptores,
 preciosis vestibus armisque induti, pecunia onusti. Nos
 è contra quid Blasphemia sit ignoramus, nos mutuò a-
 mamus, reueremur, & cum armis hīc in vnum solum fi-
 nem coniuncti sumus, ut pugnando scilicet, vni nostro
 Imperatori & principi semper inuictissimo inferuiamus.
 In eum finem nostri omnes congregati cùm sint, vnam
 mes fortibus nostris consilijs parebunt, præsternim quod
 sciant, iam, vos ipsiusin est nostri Imperatoris vicem gere-
 re: & ut decat viros fortes, & optimè munitos, pugnan-
 tes, certam victoriam reportabunt. Atque hoc quidem
 cò magis faciliusque sperare possumus, quòd ducentas
 & octuaginta naues instructas habeamus: inter quas
 sunt ducentæ triremes communes, & quinquaginta tri-
 remes paruæ, omnes armatæ optimè, ad quarum vires
 augendas etiam, & nostros fortissimos viros magis exci-
 tandos, si quatuordecim millia hominum, qui nuperri-
 eos, qui in viginti biremibus sunt, in triremes itidem par-
 titi fueritis: de victoria certi erimus, quamuis conceda-
 mus hostes nostros viros fortes esse. Iam verò certò
 scimus, sicuti ex Caracoza nostro, viro prudentissi-
 mo cognouimus, eos tantum centum & quinquaginta
 triremes habere talibus viris, cuiusmodi iam vobis cō-
 memoraui, instructas. Itaque viri fortissimi & sapienti-
 simi, cùm satis illorum rerum statum cognoveritis, per-
 gite, inuenietis illos in Alexandriæ valle, per ea littora
 dispersos, ocio & delitij deditos præter quā belligerati-
 bus cōueniat, quāobrē sine difficultate omnes capientis.
 Vbi. n. classē conspicient, aut fugientes incident in litto-
 ra, & naufragiū patientur, aut in nostrā classē cadent, &
 capientur. Et yt rem paucis cōprehendā, maiore nauia
 habemus

tunc habemus
 200 biremibus ratis
 & 50 pugnantes
 aduentus p. 250 viros

CONTRA VENETOS

habemus numerum, eundemque hostibus lögē melius
instructū, militē fortissimum & peritissimū, quā obrem
nequaquā prætermittimus occasionē cū ijs pugnandi,
qui numero, fortitudine & vsu rerū tantō sunt nobis in-
feriores: præsertim quòd hac in re mandatū exequemur
summi nostri Imperatoris, cuius gloria in eternum dura-
bit, & nobis immortalē laudē comparabimus: vos verò
præsertim quod huic nostro summo imperatori promi-
sistis, cū vos suo loco ad hanc potentissimā classē ducen-
dam statuisset, perficietis. Iisdē argumentis vsus est etiā
tūc tēporis Oluzali⁹ Mauritanarū copiarū dux, & multa
de Turcarū potētia & magni Turcarū impatoris māda-
tis iraq; locut⁹, vnā cū Cayabego Smyrnæ Sāzacho, effi-
caci sermone ostēdit, neq; debere ipsos nec posse absq;
ignominia occasionē amittere, eosdē hosce Christianos
cū pauciorib. copijs perdēdi, qui superiorib. annis ab Ot-
tomāni magni Imp. Turcarū milite, sēper fusi dissipatiq;
fuerit, quāuis multo meli⁹ instructā classē habuisset. Sed
contrariū planē sentiebat Syroccus Alexādrię præses, &
Carabiūus pfectus Suurasari, duces militares iā vetera-
ni, & in reb. naualib. singulariter piti, multiq; pterea alij.
Sed Mehemet⁹ Beyus Eubœa præses siue Sanzaccus, q
olim Mauritania administravit, hos Hassani Bassę ignes
imprimis extinguere conatus, in hāc sententiam dixit.
Iudico equidē, viri prudētissimi, quę ab Hassano Bassa di-
cta sūt fortissimi viri indicia esse, & illi⁹ pfectim, qui in o-
mnib. parere cupiat inuictiss. nostro Domino & regi re-
gū, qui dei brachio gladiū stringit, & in secula seculorū
vivit. Nihilominus tamē: quoniā vobis videtur Bassę vi-
ri principes, qui post nostrū summū Imperatorem, proxi-
mē hoc Ottomanicū imperiū cōseruatis, dicā ego quo-
que q̄ sentio. Verisimile est profectō, hostes nequaquā
huc vsq; penetrasse, qn pri⁹ nostras vires diligēter explo-
rariint: itaq; aut cōquales nostris certē, aut maiores copias

habere ipsos necessum est, quod aliâs nequaquam huc usque peruenissent. Cui rei argumento esse potest, quod ipsimet facile agnoscunt, in solis hisce copijs conseruandi id quod reliquum habent ditionis & imperij, aut quod amiserunt recuperandi spem esse. Ne credamus igitur huc appulisse hanc classem hostium, ut se manifesto pericolo exponat, perdatque seipsum: quod vtique accidet illi, si talis esset, qualem vobis depingunt: & tam exigua etiam, atque Caracoza noster vir fortissimus affirmauit. Censeo equidem classem quae ex Sicilia soluēs in hac usque maria quærendi hostis causa penetrat, præsertim hac cœli statione, instructissimam esse, certo que pugnandi consilio & obtinendæ victoriae spe venire. Ac si rem diligenter perpendamus, intelligemus ea quæ à captiuis Christianis narrantur, hisce per omnia constare. Si enim se tantum nobis ostentare, deinde fugam capere voluissent, quid illis opus fuisset in hac usque maria nostra peruenire, ut videlicet fugientes omnia perderent. Itaque hinc sumptis argumentis, existimare, hanc nostrorum hostium classem præpotentem esse, & nobiscum pugnare decreuisse, quod non præoccupata aut coacta à nobis, sed sponte huc usque prodierit. Neque vero est quod hanc classem cum illa conferamus, quæ superioribus annis à nostris ad Preuesam cæsa fuit. Aliud est istud Christianorum principum contra nos foedus, atque fuerit ante annos triginta: alij sunt apparatus, alia rei militaris peritia, & aliis denique principum consensus: ut nulla sit inter utrumque proportio. In illa multique potissima causa fuit cur fugerint. In hac classe est Ioannes Austriacus Caroli V. Imperatoris filius, & Philippus Hispaniae regis frater, vir fortissimus, & paternagleria excitatus, summo honoris gradu, quem in hoc fodere à fratre obtinuit inuitatus, & omnium denique totius

CONTRA VENETOS

113

tius classis ducum militumque consensu amatus & cultus. Quamobrem volet is prælio decertare proculdu-
bio, nec sine spe victoriae coque accedit etiam, quod Ve-
neti tantum detrimenti à nobis perperssi, non nisi vindi-
ctam furibundi propè querere possunt: ob tantam cæ-
stam videlicet suorum, quos omnes non sine multa no-
strorum cæde, fortissimos viros esse cognouimus: idque
eo facilius credemus certè, si nobiscum repetamus quo
pacto ijdem hi Veneti anno superiori conati sint nobi-
scum prælio decertare, quamuis foedus cum hisce alijs
principibus nondum pepigissent. Pugnabunt igitur pro
fecto, & eo acrius, quo magis æmulatione ducti. alijs alios
virtute præcedere, & suam gentem alijs præferre volēt,
quod in bellis maximi momenti semper existimauit. Ma-
xime verò, quod ipsum quoque Austriacum Iuuensem
esse audacem acceperimus, periculi aurique contem-
ptorem, qui que nihil æquè cordi habeat, quam ut suę
virtutis fama ad extremas usque Hispaniæ oras per rue-
niat. Cuius rei perficiendæ, an commodiorem occasio-
nem captare poterit, quam hæc sit? cum eos habeat adiu-
tores, qui à nobis læsi, pugnandi desiderio iam ante fla-
grant, sperentq; simul atq; hæc nostræ classem fregerint,
omnia subito recuperare quæ hæc tenet amiserent: quæ pro-
fecto si acciderent, nō modo gloria in illum, sed magna
quoque pars eorum, quæ acquirerent adeoque totius
huius maris ad orientem usque ceu iustus victoriae fru-
ctus redundaret. E contrà verò si fugeret, an verò yn-
quæ in fratris conspectum amplius prodire auderet? Et
Veneti itidem, qui hæc maria diligentius perquisuerūt
quo loco saluti suæ consulere vellent, si in fugam fese-
conicerent? Existimemus igitur illos hæc omnia, pe-
nes quæ vitæ, fortunarum, imperijque eorum conserua-
tio sita est, diligenter considerasse, & pugnaturos omnes
simil fortissimè, quod ad Preuesam nequaquam fece-

P

DE BELLO TVRCICO

114
runt. Nos verò iam in hoc sinu sumus, loco, & natura &
binis fortissimis arcibus munito, & habemus tantam cō-
meatus militisqué comparandi rationem, quantam vo-
lumus. Antequam autem huc appulerimus hostes no-
stros miris modis affliximus: nam Cretensis insulæ par-
tem deuastauimus, Cerigum incendijs prædisq; destru-
ximus, idemque in Zacyntho & Cephalonia fecimus,
Corcyram vehementer infestauimus, Suppotum recu-
perauimus, penetrauimus in sinum Venetum, & illic An-
tiuarim Dulciniumq; oppida minime parua cum mul-
tis alijs locis & arcibus occupauimus. Buduam combu-
simus, & cum tanto denique triumpho in hunc sinum
peruenimus. An non hisce poterimus hoc tempore cō-
tenti esse, præsertim quòd nostros Famaugustam occu-
passe & vniuersum Cypri regnū, eodē hoc tempore sub-
iugasse intellexerimus? Non minor est virtus profecto,
quām quærere parta tueri: etenim dum vi quædam oc-
cupare tentamus, ea res dubium principium habet, & ut
plurimum fortunæ obnoxia est, at rerum partarum cō-
seruatio certum extremumque finem habet, quæ pru-
dentis imperatoris consilio attribui potest. De nostro
autem summo Imperatore, certò nobis promitto, quòd
æquè gratam habebit huius classis salutem, & vos æquè
laudabit, quòd illam nullo manifesto periculo exposue-
ritis, atque ob tot prouincias deuastatas, regna vrbesq;
occupatas, tantamque omnis generis prædam illi obla-
tam. Nos enim ad tantam classem instruendam, multis
annis egemus: hostes paruo temporis spacio ampliore
parabunt. Itaque censeo ego, viri principes, qui magni
nostri Imperatoris anima estis, & Ottomanni Imperij
salus, non tentandam esse fortunam, sed classem nostrā
in hoc sinu accuratè explicandam, expectandum nos
hoc tuto loco, quid hostes consilij capiant: hodie cer-
tè aut cras adhuc, sicuti accepimus, in Zacynthum &
Cepha-

Cephaloniam insulam descendent, vosque ex ea re capta occasione, quid tutissime fieri possit cognoscetis. Nam cum in omnibus rebus bellicis, tum verò in nauibus maximè interest, vt rei feliciter tutoque gerendæ occasionem arripias. Quæ omnia scio vos melius intellegere quam ego: itaque ex ihs quæ subinde nunciabuntur, consilium vos capturos spero: idque èd magis, quādoquidem hostes nequaquam hīc diu subsistere poterunt, ob commeatus comparandi difficultatem, & locū minimè tutum. Quas ob causas profecto, alterutrum illic accidet, vt vel redire retro vnde venerunt cogantur, vel nobis obuiam progrediantur. Quòd si nobis obuiā proficiisci statuerint, nescio hercle an possint in hunc sinum ingredi: & si maxime ingrediantur, non fiet id abs que magno ipsorum periculo: nos enim binis arcibus muniti, illos tuto infestabimus, & quantas vires habeāt, absq; coniecturis, certoq; cognoscemus. Ac si quidem superiiores esse videamur, illos tuto inuadere, sin minus, tu ti hīc manere poterimus absq; vlo classis imperijq; nostri Imperatoris dignitatē honoremq; tuebimur. Neq; est q; metuamus vlo modo, ne per hēc littora vagātes, diutius q; vellemus hīc subsistāt: id. n. per cōmictatus difficultatē, & aduersā tēpestatem, hoc tēpore, illis minimè licebit. Et si maximè id conarētur, maiori suo quā nostro periculo facerēt, q; temporū difficultas, hæc maria iam iā turbabit eortiq; classē disperget: ex quare nos occasione sūpta, ipsos inuademus hinc inde dispersos. Sed nolo tamē interea, vt ociosi sim^o, verū vt omni industria per diuersos exploratores, hostiū vires & institutū indagem^o: sic. n. re diligenter cognita, id consiliū capere poterimus, q; ex vsu & Imperatoris nostri dignitate esse videbitur. Prodire autē nunc ex hoc munitissimo loco, & rebus incertis, fortunę ludibrio nos committere, id laude dignū minimè cēseō.

Ego equidem minimè dubito; quin hostes nos summo-
studio, ex hoc munitissimo loco prouocare conentur: id
que vel anni tempore & cœli tempestate coacti: sed ve-
stræ prudentiæ fuerit, eò magis temperare. Quibus cō-
silijs, viri principes non minorem laudem & sapientia
existimationem comparabitis, atque iam fecistis in tan-
to regno, tot vrbibus arcibusque occupandis: quoniā
hic sapientia vestra, Ottomanicum imperium con-
seruasse poteritis videri. Hæc omnia tamen, ita dicta à
me velim existimari, vt nihilominus promptus paratus
que sim, vestris consilijs cedere, obedire, & pro ipsis vi-
tam ponere.

Hæc Mehemeti Bey oratio Portauo Bassæ perplacuit
eamque etiam approbarunt Sirocchus & Carabius San-
zachi: sed quia tamen aliud à Sultano Selimo mandatū
habebant, quod tunc publicè Oluzalij iussu lectum fuit:
& quod Ali pugnandi cupidissimus, multos in suam sen-
tentiam pertraxisset: imprimis verò, quod Diuinæ Maie-
stati ita visum fuisset, vt eius gentis perditio tandem ali-
quando initium haberet: communi consensu decreue-
runt soluere illinc, & cum Christianis prælium commit-
tere. Existimabant autem inuenturos se classem no-
stram in portu desertam, eamque sine controuersia ca-
pturos, quæ res si talem euentum habuisset, decreuerat:
simul etiam Zacynthum & Cephaloniā subiugare,
deinde Cretæ & Corcyrae munitionibus per hyemem
obsessi, successu temporis in Catari sinum ingredien-
tes, hæc reliquaque Veneti imperij loca occupare, sicq;
aditum sibi ad Italiam & Christianum orbem vniuersū
parare. Quamobrem distribuerunt in naues quatuorde-
cim millia hominum, quæ nuper aduenerat, Christianis
captiuis ferramenta manibus imposuerant, ne ad aliud
apti forent: quā ad remiges: & vniuersam deinde classem
in quatuor agmina distribuerunt, yt sequitur.

COPIA

Cornu Dextrum.

- 1 Imperatoria erat Mehemeti Sirochi Alexandriæ
gubernatoris:
2 Secundæ Alexâdrinæ triremi
imperabat Câras Cubatus
3 Baglius Sarafus
4 Giafer Chiagius
5 Osmanus Celebinus
6 Perusius Reisus
7 Bincus Casapoglius
8 Osmanus Occanus
9 Driuis Agà
10 Baiazettus Simanus
11 Osmanus Ali
12 Delius Agà
13 Dardaganus Bardambelius
14 Caflius Caianus
15 Iusufus Aga
16 Infuf Magarus
17 Calafactius Chederus
18 Mustafa Génouelus
19 Dermigius Perius
20 Matus Assanus
21 Chederus Agà
22 Sulimanus Beyus
23 Hibraimus
24 Sabanus
25 Caiacelebinus
26 Chederus Simanus
27 Prætoriè Caræ Mustafæ filius
28 Iaranus Saba
29 David Iusufus
30 Solacus Raisus
- NARRATUR IN UNICA
- Hi omnes Alexan-drinas triremes ha-bebant.
- Horum triremes Constantinopolitanæ erant.

DE BELLO TVRCICO

- 31 Arnautus Ferratus
 32 Inzelus Memius
 33 Schenderus Selimus
 34 Lumagus Iusufus
 35 Bardachus Celebinus
 36 Bagdatus Afanus
 37 Guzelus Allibius
 38 Brusalius Piriis
 39 Rodlus Ali.
 40 Aga Bassa cum Imperatoria Constantinopo-
litana
 41 Sinamus Mustafa
 42 Giegiorus Ali
 43 Amurates Raifus
 44 Callipeius Memius
 45 Marulus Mustafa
 46 Hederus Lumetus
 47 Sinamus Deruisus
 48 Memineus Durmisus
 49 Algagias Sinamus
 50 Adagius Rustanus
 51 Chingeueus Musata
 52 Iusuf Celebinus
 53 Taferus Mustafa.
 54 Ali Genuensis Pyrata paruarum triremium dux
 55 Megilus Reyslus cum triremi parua
 56 Mehemetus Bey cum Imperatoria Eubœæ.

Triremes horū Afri-
canæ Tripolitanæ
erant.

Hi triremibus Ae-
tholis imperabant.

*Media Acies, que illis quoque pugna dicebatur, hosti-
duces cum triremibus habebat:*

- 1 Primæ Prætoriæ imperabat Assamus
Bey, Rhodi præses
 2 Delius Chiaferus Rhodi custos

3 Occius

CONTRA VENETOS

119

- 3 Occius Rayfus
 4 Postunagus Oglius
 5 Calefactius Oglius
 6 Gazizius Reifus
 7 Dromus Rayfus cum Impera-
 toria Byzantina
 8 Herbertcius Rhodi custos
 9 Caragias Raisus
 10 Oceanus Rayfus.
 11 Delius Pirius
 12 Giafer Agà.
 13 Bachlanus Rayfus
 14 Cozus Ali
 15 Colachus Rayfus
 16 Oluzus Raisus
 17 Prætoriæ Assanus Bassa Barba
 rossæ filius
 18 Sarafus Rayfus
 19 Almaus Rayfus.
 20 Guruglius Oglius
 21 Arnautus Celebinus
 22 Magarus Ali
 23 Prætoriæ Giafer Celebinus
 porteriorum præfectus
 24 Delius Celebinus
 25 Delius Assanus
 26 Caraperius Agà
 27 Sinamus Rayfus
 28 Caraus Mustafa
 29 Salius Arnuarus (præfectus
 30 Preuil² Aga Neapolis in Epiro
 31 Baluhzius Oglius
 32 Bararzius Mustafa
 33 Sinamus Balias

Cum Rhodijis tri-
remibus.Cum triremibus
Bizantinis.Horum triremes
erant ex Neapoli
Romania.Cum triremibus
Mitylençis.

- 34 Agdagius Rayfus.
 35 Ali filij duo, cum triremi Constantinopolitana
 36 Osmanus Rayfus cum Imperatoria Constantino-
 politana
 37 Delius Iusufus
 38 Ferathus Balius
 39 Caiacelebinus
 40 Bagdarus Rayfus
 41 Haluagius Mustafa } cum Metelinis trire-
 42 Giaurus Allius Mustafa, cū Imperatoria paruarum
 triremium
 43 Caracozacum triremi Vallonica
 44 Mamattus Saiderbeius, gubernator Metelini
 45 Ali Bassa summus classis Imperator, cum triremi
 regia
 46 Portauus Bassa rerum quæ terra geruntur primasi-
 us Imperator, cum naui Imperatoria
 47 Mustafa Esdeius Thesaurarius
 48 Mamarius Rayfus
 49 Alcicoglius
 50 Caras Delius
 51 Brusus Alius
 52 Salachus Fachirus
 53 Feratus Caragius
 54 Tramontana Rayfus cum Imperatoria Constatino-
 politana
 55 Sulimanus Celebinus
 56 Deli Ibräimus
 57 Muratus Chorosanus
 58 Demirus Balius
 59 Cabius Heitus
 60 Muratus Trasius Armamen-
 tarj scriba
 61 Peruifus Sinamus
- Horum triremes
Constantinopoli-
nae erant.

CONTRA VENETOS

121

- | | |
|---|---------------------------------------|
| 62 Dardaganus Balius | } Hæ triremes Tripolitanæ erant. |
| 63 Giafer Caranus | |
| 64 Deruisus Sachus | |
| 65 Curbalius | |
| 66 Giafer Aga Tripolis in Mauritania prefectus | |
| 67 Caraus Hamatus | |
| 68 Rustanus Cialmagius | |
| 69 Durmisus Oglius | |
| 70 Schenderus Dernigius | |
| 71 Maumetus Alius. | |
| 72 Afisus Clueaga, Callipolis gubernator. | } Horum triremes Callipolitanæ erant. |
| 73 Sellimus Sciachus | |
| 74 Hederus Bascius | |
| 75 Sicanus Mustafa | |
| 76 Salaraysus | |
| 77 Delius Ischenderus. | |
| 78 Maiuæ Dominus cum Imperatoria Constantinopolitana | } Callipolitanæ hæ quoque triremes. |
| 79 Peruisus Luhumagius Alius | |
| 80 Rayfus | |
| 81 Hasufus Balius | |
| 82 Siranus Bardachius | |
| 83 Iusufus Cinigius. | |
| 84 Pirius Begoglius cum Imperatoria Constantinopolitana | |
| 85 Delius Osmanus | |
| 86 Pirius Sisnamus | |
| 87 Demirus Celebinus | |
| 88 Deruisus Hidirus | |
| 89 Sinamus Mustafa | |
| 90 Hasirgius Reisus | |
| 91 Alcius Oglius | |
| 92 Caias Sarafus | |
| 93 Agadius Ahamethus | |

Hæ naues erant Cōstantinopolitanæ.

- 93 Osmanus Sehetus
 94 Deruisus Celebinus
 95 Giafer Raysus.
 96 Dardaganus Armamentarij præfetus.

Cornu sinistrum.

- 1 Prima erat Imperatoria cui i[m]perabat Caraus Ho-
 zias Pyrata.
 2 Secundæ præerat Cataluis Pyrata.
 3 Chiuzelus Sinamus
 4 Chiorus Mehemetus
 5 Hignauus Mustafa
 6 Cademlius Mustafa
 7 Vschiuflius Memius
 8 Caraus Morattus
 9 Cumius Memius
 10 Passa Deruisus
 11 Iaglius Osmanus
 12 Pismanus Raysus
 13 Taseuius Sismanus
 14 Iesilus Hoglius.
 15 Cara Cialibinus paruarum triremium dux.
 16 Siriziis Memius
 17 Maglius Raysus
 18 Oscius Assanus
 19 Cumigius Hasufus.
 20 Cadehus Sidirus { Hi duo triremes habebant Con-
 21 Osmanus Raysus { stantinopolitanas.
 22 Caraperius Pyrata, itidem paruarum triremium
 dux.
 23 Iulius Peruifus
 24 Calabodanus Solimannus
 25 Iachulius Amatus.
- Cum triremibus,
Natolicis.
- Hi paruas triremes
habebant & Cara-
Cialibino pare-
bant.
- Hi paruas habebat
triremes & Cara-
pio duci parebant
26 Sayrus.

CONTRA VENETOS

123

- 26 Sayrus Giaferus
- 27 Chiorus Memius.
- 28 Giusuelus Giaferus cū triremi Cōstantinopolitana;
- 29 Ramazzantis
- 30 Calemius Memius
- 31 Giesmanus Ferratus
- 32 Hiuprisus Assanus
- 33 Zambulus Muratus
- 34 Sarmusachus Rayfus
- 35 Tumisus Sulimanus
- 36 Calcepius Iusufus
- 37 Techedelus Assanus
- 38 Ciaci Memij
- 39 Osmani Baglij
- 40 Caragialus cum Imperatoria Iuliæ Cæsareæ, quam
Algierum vocant.
- 41 Caramanus Ali
- 42 Almanus
- 43 Sinamus Celebinus
- 44 Agdagius Mustafa
- 45 Daglias Ali
- 46 Seithus
- 47 Perius Scimus
- 48 Muratus Deruisus
- 49 Hefus Oglius
- 50 Muhuczurus Ali
- 51 Ioias Osmanus
- 52 Salius Delius.
- 53 Nasutus Fachirus, cū nauī Constantinopolitana,
- 54 Gimongius Mustafa
- 55 Rustanus Cinigius
- 56 Balius
- 57 Diuidus Allius
- 58 Sitinaus Rayfus

Hi paruas & ali-
quot etiam cōmu-
nes triremes habe-
bant, ex eodem Al-
giero.

Q 2

- 59 Caramus Hidirus
 60 Magarus Feratus
 61 Arnautus Alius
 62 Nafisus Rayfus
 63 Curmurus Rhodus
 64 Cosus Clueaginus
 65 Cuslius Memius
 66 Ballagius.
 67 Caramus Beius cū Vlucciali filiorum Imperatoria.
 68 Delius Muratus
 69 Abazarus Raisus
 70 Scinus Schianderus.
 71 Almanus Ballius
 72 Assanus Sciambarus.
 73 Seitus Aga
 74 Assanus Sinamus
 75 Cumius Falaganus.
 76 Osmanus Ginderus.
 77 Dermarus Beius
 78 Iusufus Alius
 79 Caraues Almanus
 80 Muratus Brassanus
 81 Carabineus Suriasari præfetus.
 82 Calamus Bastagius
 83 Carabyus
 84 Giaferus Hidius
 85 Ferathus
 86 Memius Beoglius
 87 Osmanus Piriis
 88 Piriis Rayfus
 89 Casamus Rayfus
 90 Talitagius Rayfus
 91 Rusus Celebinus

Horum naues ex
Eubœa erant.

Hi paruas ex Vallo
na triremes habe-
bant.

Hi naues è Suriala-
ro habebant.

Hæ triremes erant
Byzantinæ.

92 Tata-

CONTRA VENETOS

125

92 Tatarus Alius

93 Oluzali Algerij rex cum Imperatoria.

Subsidiorum agmen.

- 1 Primæ, quæ Imperatoria Constantinopolitana erat,
imperabat Amuratus Dragutus Rayfus
- 2 Caramus Caslius } Hæ Biremes
- 3 Hassamus Reysus. } erant.
- 4 Abdula Reysus, eaque parua triremis erat
- 5 Aliganus Assanus
- 6 Cufus Ali } Hæ Biremes itidem
- 7 Giuzelus Ali } erant.
- 8 Curtatus Celibinus.
- 9 Deli Beijs: eaque erat prætoria.
- 10 Sandagius Memius, erat hæc etiam biremis.
- 11 Dardagunus Reysus, habebatque Constantinopoli-
tanam biremem imperatoriam.
- 12 Delius Dormius, habebatque triremem.
- 13 Caidarus Memius Chj gubernator cum prætoria
- 14 Shetagius Osmanus
- 15 Haedirus } Hi biremes habe-
16 Delius Hederus } bant.
- 17 Armatus Memius
- 18 Susanus Reysus
- 19 Cum prætoria Giaferus Beyus
- 20 Cabilus Sinamus, biremis erat
- 21 Cum prætoria Amuratus Reysus
- 22 Sariogius Giaferus } Hæ biremes
- 23 Morus Ali. } erant.
- 24 Pialius Muratus, eratq; hæc parua triremis
- 25 Caragialius Rayfus
- 26 Muratus Alius } Biremes.
- 27 Innuzus Alius.

DE BELLO TVRCICO

- 28 Assanus Simanus, triremis Constantinopolitana.
 29 Bostagius Muratus, biremis.
 30 Delius Sulimanus, hæc erat Imperat. Constantino-
 politana.

*F 275 unius
Secundum
Capitulum in
anno 207. 213.*

Classe hoc modo distributa, nonis Octob. soluerunt,
& vicesima secunda hora peruererunt ad Galangæ lit-
tora, eoque loco substiterunt.

Nostri verò, quia prælium sibi committendum esse
decreuerant, communī consensu, ex Alexandriæ valle,
quamprimum soluere statuerunt, ut versus Patras con-
tendētes, hostes, quoad fieri posset, ad prælium prouoca-
re eniterentur. Idque si ij forte recusarent, etiam ulte-
rius progrederentur, usque ad ipsius Corinthiaci sinus
ostia, ipsasque arces, & loca vicina plurimum deuastan-
do, hostes ad prælium uergerent. Austriacus Imperator
ergo, quæ decreta communī consilio essent, cùm effici
cuperet, & tunc præsertim Augustini Barbadici viri for-
tiss. & salutis Venetorum cupidissimi, precibus rogatus
eadem nocte, quæ septimum Octobris seruatori nostro
sacrum præcedebat, secunda vigilia, ex ea valle soluit,
quamuis ventum non admodum secundum haberet, &
iam iter versus Cruzularios scopulos, qui à continente
non multum absunt, tenebat, eo animo ut primo dilu-
culo hostes inuaderet. Sed illi è contrà, eodem hoc die
qui Dominicū præcedebat, ante victoriam triumphan-
tes, permulta lœtitia signa ediderant: quod nostram
classem, se iam in sua potestate tenere existimarent. Ita-
que postridie nonas Octobr. soluerunt ipsi quoque il-
linc summo mane, sperantes se nostros adhuc in Portu
inuenturos, nec enim putabant ipsos sibi futuros obui-
am, & iam in itinere esse. Humilioribus igitur velis, &
secundo vento iam versus Cephaloniā vela dabant, vtq;
Deus immensa sua potentia, hasce binas potentissimas
classes, aduersus se mutuò tunc direxisset, nec amplius

CONTRA VENETOS

127

Vnquam duodecim millia passuum à se mutuo abesset
non tamen se interim cernebant ob terrę eminentias
quasdam, quod non procul à continenti sibi obuiam na-
vigarent. Dumque ambae iam pergerent, & nostra qui-
dem è Scopolis Cruzularijs emergeret, non admodum
bono ordine, quod scopuli impedirent: hostibus verò
Peschieras terrę prominentias, quas Græci hodie Meso-
lignias vocant, præternauigarēt: primum se mutuo cō-
spicere cœperunt. Quamobrem sibi gratulati sunt no-
stri subito, quod hostes felici sidere conspexissent. Iam-
que omnia ad pugnam adornare, repagula erigere, pup-
pim ab impedimentis expedire, arma omnis generis ad
nauium latera, aliaque loca conuenientia reponere, mi-
litem tormentis militaribus, alabardis, hastis, malleis fer-
reis gladijsque armare, eosdemque suis locis distribuere
satagebant: erantque in singulis triremibus communi-
bus ducenti ferè viri, qui gladijs vrebantur, in Imperato-
rijs verò, prout aliæ atque aliæ essent, quandoque tre-
centi, & in quibusdam etiam quadringenti. Quibus cō-
fectis, tormenta militaria magna pilis catena cōiunctis,
& alijs plumbeis quadratisque lapillis, instructa & one-
rata, suis locis reposuerunt & produxerunt instrumenta
quibus ignes artificio facti proficiuntur. Omnia cum
singulari diligentia adornarunt: & captiuos denique
Christianos ad triremes condemnatos, solutis vinculis,
libertate donarunt: atq; vt pro Christi seruatoris nomi-
ne fortiter pugnarent, qui eos libertate donasset, armis
muninerūt, & reliquis sine discrimine immiscuerunt, ij-
que consequendę libertatis spe, strenuorum militum se
facturos officium pollicebantur. Dumque hæc ita fie-
rent, redierant iam triremes singulæ in sua loca, & trire-
mes magnæ, ab ihs quibus hæc cura demandata fuerat iti-
dem quo eas esse oportebat fuerant pertractæ, totaque
classis summo cum silentio, conuenienti modo & ordi-

DE BELLO TVRCICO

ne iam erat distributa. Hostes verò non minus ac nostri pergentes se ad pugnam itidem instruebant. Cumque Ioan. Andream Auriam dextri cornu præfectum, alius in mare expatiari, multis triremibus comitatū cernerent: iam fugam capere ipsum existimabant. Et è nostris quoque permulti, cùm hostes cernerent suspensis velis altius in mare egredi, itidē fugituros eos putabāt. Eaqué res utrinque animo cōcepta, audaciores nostros simul atque hostes ad dimicandum effecit. Hoc modo instructæ igitur binæ classes, ad fortiter pugnandum se accingebant, tantumque maris spaciū occuparunt, quantum ad id sufficere videretur, ne in ipsum littus incidenti & naufragium patiendi periculum foret sicque paulatim nunc sibi obuiā veniebant. Iamque nostri trimium conclauia omnia occluserunt, paucis quibusdam exceptis, in quæ vulnerati importandi essent. & unde scribæ res necessarias suppeditare debebant. Et ut corporis vires reficeret, sic pergentes, panes, vinum, caseos, & quæ huius generis sunt, per singulas triremes militi distribuerant. Imperator verò Ioannes Austriacus, dum hæc ita agerentur scafam, cum Ioanne Cardona consensit, vniuersam classem subito circuuit, & nihil eorum quæ virum principem ac strenuum Imperatorem decent, omittens, cum duces ipsos triremium, tum & milites reliquos vniuersos ad strenuè fortiterque proChristi nomine pugnandum hortabatur: ipsum enim seruatorum, si strenuorum militum officium facerent, auxilio affuturum, certamque victoriam largiturum: Vthæc gloriā immortalem consequendi. Quæ dum ille ageret, à multis fortiter respondebatur, non dubitaret ullus modo de ipsorum virtute: se enim non ob aliam causam adesse, & fortium virorum proinde facturos officium. Hoc facto rediit ad suam Imperatoriam triremim: nec minus

CONTRA VENETOS

129

minus ipse quoque à virtute Columnæ & Venieri, Venetarum & Pontificiarum copiarum Imperatorum, exhilaratus est, atque reliquos prius sua virtute confirmasset. Vsque adeò scilicet illi armati iam, hortando, prouidendo, imperando, nihil eorum omittebant, quæ ad tantam victoriam consequendam facere possent. Iamque signa militaria omnis generis in malos, per singulas triremes explicabantur: & in ipsa præsertim Ioan. Austraci Imperatoria triremi, explicarunt signum Sancti foederis, in quo erant confederatorum principum insignia depicta: & vt magis ad virtutem adhuc omnium animi excitaretur, tympanis, tubis, fistulis & alijs instrumentorum generibus magnum clamorem & lætitiae signum ediderunt, altaque voce Deum omnipotentem trinum & vnum inuocantes, ipsum & Diuam Virginem salutarunt. Sacerdotes quoque, cum simulachris seruatoris nostri Crucibus affixi, à postera nauium parte ad anteriorem usque progradientes, efficacibus verbis omnines hortabantur, vt fortes essent, Christum enim è cœlis descensurum, quod pro ipsius nomine pugnarent, & omnibus auxilio adfuturum. Quibus sacerdotum & Imperatorum adhortationibus, omnes vnanimi consensu usque adeo confirmati erant, vt nulla mortis ratione habita, ad quodlibet periculum subeundum essent parati. Multoque magis admiratione dignū fuit, quod eodem momento, qui ad illud usque tempus odia & iniurias inter se se exercuissent, illas statim deposuerunt quas tamen prius vt deponerent, neque amicorum intercessione, neque poenarum metu à magistratibus effici potuerat. Tanta scilicet est diuina potentia atque beatitas, vt qui se prius acerrimis odijus fuissent persequebantur, nunc subito oblitis omnibus iniurijis, se mutuo completerentur. Cæterum ea erat loci natura, quo binæ classes in se mutuo incidebant, vt ihs qui fugere yellent,

R

manifestum periculum minaretur: tum quod nimis
vicinæ iam ambæ classes essent, tum quod is sinus ma-
ris esset minimè amplius, nam illius ambitus non am-
plius quam ducentis & quinquaginta passuum millibus
patebat, & vndique sere continentia aut insulis erat cir-
cundatus, inter quas mare interiectum, vix viginti aut
vigintiquinque passuum millibus patebat. Ab Aquilo
ne enim Albaniæ (quæ Epyrus est) partem habebant,
quæ nunc Natalico dicitur, & à S. Mauræ insula Naupa-
tium usque octuaginta passuum millibus porrigitur.
Ab ortu erat Peloponnesi latus, quod à Corinthiaci si-
nus principio ad Cheloniticum promontorium usque
quod hodie caput Torneseum vocant, septuaginta pas-
sum millibus extenditur. Ab Austro habebant Zacon-
thum insulam, cuius longitudo vigintiquinque passuum
millia equat, & ab Occasu denique Cephaloniæ & S.
Mauræ insulâ, quarum illa quadraginta, hæc verò quin
decim passuum millibus in longitudinem porrigitur.
Iuxta Albaniæ littus, mille ferè passibus à continentia, su-
gunt terni Cruzularij scopuli, diuersa magnitudine, sed
non tam admodum insigni: hi à Naupacto quod hodie
vocant Lepantum, quadragintaquinque, à S. Mauræ in-
sula trigintaquinque, à Cephalonia septuaginta, & à Za-
cyntho denique octuaginta passuum millibus absunt.
Erant nostris iam nauigantibus hi scopuli ab aquilo-
ne siti, & Naupactum sinumque Corinthiacum inter-
ortum & Septentriones habebant. Inter Austrum & or-
tum, erat maris ductus, qui inter Peloponnesum & Za-
cynthum instuit, latum vigintiquinque passuum milli-
bus. Inter Austrum & occatum habebant mare inter
Cephaloniæ & Zaconthum situm, duodecim passuum si-
bus, patens. Viscardius maris sinus in occasu illis si-
tus, septem tantum passum millia in latitudinem porri-
gebatur: sed hæc omnia ex subiecto schemate patent.

Hic interpona
super figura.

CONTRA VENETOS

331

In his maris angustijs, postquam binę classem ex im-
prouiso sese conspexit, pugnam deuitare nequa-
quam potuerunt. Quamobrem Ioannes Austriacus
Imperator, cùm prius consultandum quām in certa-
men descenderent quidam ex suis affereret, prudentis-
simē respondit, iam neque tempus, neque locum no-
uis consilijs superesse: satis superque esse, si quisque
strenue dimicando, id quod prius consultassent, perfi-
cere conaretur.

Cæterum hostes ipsi ducentas & septuaginta naues
habebant: ex quibus erant triremes communes ducen-
ta, triremes paruae quinquaginta, & viginti biremes.
Vniuersam autem hanc classem, itidem ut nostri, in qua
tuor agmina distribuerant. Ac medium quidem agmē
ipsemet Ali ducebat, habebatque in eo nonaginta tri-
remes. In quorum medio consistens ille, à dextris Por-
tauo Bassia, & à sinistris classis Thesaurario stipabatur,
qui vtrinque illum, cum ternis Imperatorijs triremi-
bus muniebant. Cornu dextrum, quod sinistro nostro
opponebatur, quinquaginta triremes, & Mehemetum
Siroccum ducem habebat. Sinistrum illorum cornu,
dextro nostro occurrebat, & nonaginta triremibus sub
Oluzalio duce constabat. In agmine subsidiorum non
amplius quām triremes decem, & viginti biremes erāt.
Hoc modo instructi, iam nostris occurrebant: sed aliter
tamen vtrinque animo erant affecti: Austriacus enim,
Columna, Venierus & reliqui duces ac spontanei, adeo-
que vniuersa nostrorum classis, vnanimi consensu de-
creuerant pugnare, itaque hostibus obuiam progredie-
bantur, non tantum dimicandi consilio, verum etiam
bona spe obtainendæ victoriæ. Sed Bassæ Turcici cum
reliquis Pyratis & classe vniuersa, eo animo nostris ob-
uiam veniebant, quòd illos certò existimarent fugitu-
ros; adeoque ex sua ipsorum credulitate, & prioribus suc-

R 2

cessibus magis, quām virium comparationē, pugnā-
eūentum metiebantur: quōd tam breui temporis spa-
cio, sancti huius nostri fœderis potentiam, nequaquam
cognoscere potuissent: quamobrem obstupuerunt pro-
fectō, cūm proprius accedentes tantas esse nostræ classis
vires animaduertissent. Sed cum non amplius consul-
tandi tempus superelset, & nostros ijs fortiter obuiam
progredi cernerent: ipsi quoque ad pugnam omnia ne-
cessaria parabant. Explicarunt signa quædam superba
primum, deinde reliquis nauibus, pro more gentis, alijs
innumeris signis ferè repletis, omnes ad fortiter pugnā-
dum, proposita Imperatoris gratia & opimæ prædæ spe,
vehementer excitabant. Et hactenus quidem, semper
adhuc fugituros nostros putauerant: sed cūm eò maio-
res eorum vires esse deprehenderent, quòd proprius acce-
derent, dubitare iam de hac re incipiebant, & pugnan-
dum sibi esse videbant. Quod etsi ita esset, duccs ta-
men nihil eorum omittebant, quæ viros fortes decent
quia enim tantum dextrum cornu, aciem medium & ag-
men subsidiorum videbant, nec dum cornu sinistrum
cernere poterant, quod à continentí tegebatur, nondū
putabant maiores esse vires nostrorum, quām ipsis Ca-
racoza retulisset. Sed cūm paulò post, totum quoque
sinistrum cornu conspexissent, & triremes magnas, præ-
ter quam vñquam putassent, remis felicissimè agi vidif-
sent, aliquantum sibi timere cœperunt. In nostra classe
tympana & instrumenta reliqua, continuum sonitum
edere pergebant. Ipsaque classis vniuersa lunarem
formam obtinens, ordinib⁹ perbellè conseruatis pro-
grediebatur, tantum quæ à scinuicem aberant triremes
singulæ, ne remis se impedire mutuo possent, cuius rei
causa, cogebantur remiges accuratè se obseruare, vt qui
ordo à ducibus prius fuisse institutus, perpetuo seruare
tur. Iamquæ non procul ab se mutuo aberant binæ clas-
ses,

CONTRA VENETOS

133

ses cum diuina maiestas, tam prosperos crudelissimi tyranni successus pertesa, & iniquissimam Christianæ reipub. oppressionem miserata, Christi seruatoris nomen honoremque, tandem aliquando vindicare, & metas tyranno poenas infligere decreuit. Atque eius rei hinc sumpsit initium, quod ventum, qui eò usque nostris aduersus incommodusque fuerat, præter omnium expectationem, mirando quodam modo sedauit, & mare tam quietum tranquillumque reddidit, ut terra potius quam aqua esse videretur. Accidit hoc circa decimam septimam horam: iamque classes in ipso ferè congreßu erant, & sol priorem coeli partem emensus, hostes ad ortum sitos radjs suis seriebat: quo tempore leuis quidam ventulus nostris secundus, ab occasu denudo spirare cœpit, tantus profecto qui nebulas & fumos ex nostrorum aspectu, in ipsos hostes deferret. Hic primum telum ex Ali Imperatoria triremi emissum, & à binis alijs, ex singulis cornibus exceptum, signum fuit, nostros maximo cum impetu inuadendi. Itaque vehementissimo clamore concitato, cursum auxerunt, & Venierus conspecto illorum accursu, à puppi triremim suam Ioannis Loredani & Catharini Malipetri triremibus instructissimis, muniuit. Columnaque accersitis ad sui defensionem binis alijs idem fecit. Et nunc quidem tam propè conuenerant, ut tormentis bellicis se mutuò petere possent: quamobrem nostræ sex triremes magnè que totam reliquam classem præcedebant, continuis fulminibus hostes fortissimè inuaserunt. Et quia nunquam aberrabant, tantam stragem edebant, ut hostes frangendi fundamenta maxima ponerent, idque illis eò magis accidebat, quo proprius ad nostram classem accederent. In hac vehementissima tormentorum grandine, non poterant hostes se reparare, itaque timore perculsi ordines non seruabant. Sed tamen obstinato ani-

R 3

DE BELLO TVRCICO

mo pergere decreuerunt, vt triremes magnas penetrando, quas à lateribus tormentis bellicis carere putabant reliquam nostram classem totam ambirent. Cumque inter illas transirent, nostrilonge maiori cum inservitu fulminare cœperunt: idque tanto maiori cum inservitamento hostium fiebat, quanto magis ab aduerso vento remorabantur, is enim aliquantulum austus, quo minus crassissimarum pilarum tempestatem cito penetrare possent impeditbat, & fumos omnes simul in ipsos deferens, vt nihil cernerent propè, efficiebat, ea que res nostris, qui tormenta ex magnis triremibus cenuissimè vibrabant tempus concedebat, ad reparandos ictus, quibus tertia propè illorum classis pars, non sine multorum cæde destructa fractaque fuit. Itaque audiebatur iam à nostris ingens fragor & ruina malorum, antennarum, nauium transuersim fractarum & submersarum: multæ triremes cernebantur cōburi & aliæ carentes gubernatoribus stare: prætereain aquis infinitus hominum numerus, remorum, antennarum, doliorum, & aliorum diuersi generis armorum natare conspiciebantur. Eoque res maximè admiratione digna fuit, quod solæ sex magnæ illæ triremes, quarum usus antea in huiusmodi naualibus prælijs compertus minimè fuerat, sese in orbem vertentes, & tela modò ex prora, modò ex puppi & lateribus vibrantes tantam hostium stragem edere potuerint. In hac tanta hostium clade, Mehemetus Sirochus, qui dextrum eorum cornu ducebat, vt suorum saluti consuleret, à reliqua classe aliquantum seiuscūs littoraque radens, sinistro nostrorum cornu occurrebat.

Sed ea re conspecta Augustinus Barbadicus, obiuvii illi progressus est seruatis accuratissimè ordinibus, acceptaque occasione, ope cuiusdam montis Mahangu

CONTRA VENETOS

135

E homine, iter illi ita præcludit, vt ne minimō quidem nauigio pertransire potuerit. Marinus Contarenus autem Barbadici nepos, qui apud idem finistrum nostrorum cornu subsidio erat, cognito quod tantus nauticalis numerus aduersus patruum suum irrueret vltius contendit, & nimia virtutis persuasione, & sanguinis affinitate impulsas, ante alios omnes prodij: sicque tormentis militaribus vtrinque fulminantibus hoc loco ingens prælium cœptum est.

In sinistro hostium cornu, quod Oluzalius ducebat, & dextro nostro, cui Auria præerat, ferè congregiebantur: sed ambo duces tamen in bellis naualibus peritisimi, rei-feliciter gerenda occasionem expectabant. Verum diuerso modo, Oluzalius enim in vtrumque paratus, quo victoria vergeret obseruabat, sed Auria cum viribus se longè inferiorem agnosceret, quia Oluzalius nonaginta, ipse tantum quinquaginta trireme haberet, hostes quantum poterat, suspensos tenebat, cuius rei causa, cum aliquot ē suis mille ferè passus à reliquo suo cornu in altum prodijt. In Media Anstriacus, Columna, & Venerius, seruatis ordinibus perbellè, cum suo agmine medio hostium agmina occurserant: sed antequam tamen pugnare comminus incepissent, tormenta militaria bis, ter, & quædam etiam quinques emiserunt: eaque res hostibus maximo terrori simul atque detimento fuit, vsque ad scilicet, vt in multis suis tormentis, ignem succendere non potuerint, quod ea postea pilis suis oneratae nostris deprehenderint. Et ex his quæ succenso igne emiserunt, parum nostris nocere potuerunt, quia tanto erant hostilium nauium proræ nostris altiores, vt etiam si deorsum collimarent aliquantum, tela tamē semper nostras naues præteribant.

CONTRA VENETOS

Quæ etiamsi ita essent, illi tamen furore quodam asti, nostris obuiam perrexerunt, & cum illis congressi sunt, quo tempore vehemens sagittarum sclopetorumq; incendiū tempestas exorta inter eos est: & mare vniuersū cōflagrare videbatur, ob tot ignes, qui varijs instrumenis hinc inde iactabantur. Iamque congressæ erant utrīusque quatuor triremes alicubi cum tribus, sex cum quatuor, & alicubi etiam sex cum una, & alijs in aliorum nauis insiliētes, gladijs, fiscis, cultris, ferreis malleis, sagittis, ignibus, coeterisque brevioribus armis ingentem stragem edebant: & præterea quoque multi cum diuerſas ob causas recedere vellent in mare præcipitabantur, quod proinde iam sanguinis instar rubeum erat. Interea Sirochus in dextro hostium cornu fortissimorum nostrorum, qui in sinistro cornu erant, impetum senserat, & quod instituerat, effici non posse videbat: quod naues suas frangi, antennas & malos corrueare, ceteraque impedimenta tormentorum telis in aerem iactari consiperet, itaque dabat operam ille quidem, vt suos in officio contineret: sed nihilominus tamen, multæ ipsius triremes, cum tandem ex tanta strage euadere & saluti suæ consulere cuperent in littus præcipitanter incederunt: quo facto plerique in mare se præcipites derunt, vt in continentem enatando euaderent, multi verò vulnerati, nandi imperiti, aut alio aliquo modo impediti, substiterunt, quod in Christianorum clementia conseruandi sui spem haberent. Quo loco observatione dignus est antiquus Turcicæ gentis mos, qui iam planè in consuetudinem abiit. Primo congressu enim singularem ferociam maximo cum impetu declarant: sed paulò post, ubi fortiter resisti sibi intelligunt, abieciunt animo in fugam sese coniiciunt. Quamuis hoc loco certè ab infinito peditum equitumque numeri, vt solent in alijs prælijs, auxilium sperare non poterant.

CONTRA VENETOS

137

rant. Quamobrem Christianorum virtuti cùm nequient resistere, qui in ipsorum naues ingressi, omnes encabant, paruo temporis spacio relictis triremibus aufugerunt; quo tempore, cùm Christiani in Turcica classe iam antea captiui, se in nostrorum potestate esse sensissent, sumptis armis ipsorum Turcarum, catenas & vincula frangebant, & eò usque perpeccam crudelitatem tyranri vlciscabantur. Marcus Quirinus & Antonius Canalis, qui in eodem hoc nostro cornu, sed ex altera parte erant, ulterius progressi, non tamen potuerunt tam cito hoc hostium cornu includere, quin omnes prius sese in mare præcipites dedissent. Naves tamen omnes à Christians nostris captæ fuerunt, & qui reliqui in ihs erant, vlciscendę crudelitatis causa ad imum interempti. Sed ex nostris quoque ducibus, interierunt in hoc cornu si-
nistro Marinus Contarenus, Vincentius Quirinus & Andreas Barbadicus. Augustinus Barbadicus autem sagitta oculo infixa, lætale vulnus accepit, quo loquendi usum statim amisisit, de cuius morte paulò post dicemus. M. Antonius Ciconia quoque igni vehementer læsus fuit. In acie media congressus erat Austriacus cum ipsomet Alio & binis alijs ducibus, qui Imperatorijs triremibus præ-
runt. Et Ali quidem in Imperatoria sua naui, trecentos laniceros cum leuibus bombardis, & centum cum bali-
stis habebat, qui omnes telis atque gladijs fortiter dimi-
cabant. Cum Ioan. Austriaco econtra erant etiam, qua-
dringenti sclopetarij selectissimi, ex Sardinia, sub Lope-
so Figheroa magistro castrorum duce, multiq[ue] præte-
rea alijs viri nobiles & strenui, qui summa cum virtute pu-
gnabant. Columna, ut nauim quæ secum congressa fue-
rat, occuparet: summis viribus instabat, vehementerq[ue]
ad id excitabatur, quod maximam hostium cædem ante
sese videret. Nec minus etiam Venierus boni Imperato-
ris officium faciebat, quod suis esset dimicandum cum

S

DE BELLO TVRCICO

ternis primarijs hostium ducibus, & septem Imperato-
rijs triremibus, quibus & alijs subinde auxilio veniebant.
Sed interim magnus cōmendator Messanæ, cūm ternis
nostris Imperatoribus aduersus tantam hostium cater-
uam dimicandum esse videret, cum sua Imperatoria, itē
que Loredana & Malipetra triremibus magno impetu
accessit, seq; in medianum turmam immittens, magnam
hostium cādem edidit. Ac Loredanus quidem & Mali-
petrus viri fortissimi, in densissimam pugnam ingressi,
mox ictibus bombardis ceciderunt: sed tantum absu-
it tamen, vt qui in eorum nauibus reliqui erant, ex ea re-
perierat, vt potius vindictæ causa, auctisque quo-
damodo ex iracudia viribus, duplo fortius pugnare cœ-
perint: quo factum est, vt breui spacio, binas hostium tri-
remes occuparint: totidemque etiam Venierus & Co-
lumna, secum dimicantes superarunt. Eodemque pro-
pè momento temporis Ioānes Austriacus, qui illuc usq;
quinque triremium impetum sustinuerat, & ternas cui
cerat, ipsiusmet Ali Turcici Bassæ prætoriam totam, oc-
ciso ipso occupauit: ex qua tamen prius, cūm ad malum
usque peruenisset, ter magna cum cāde repulsus fuerat.
Itaque interempto iam Ali, Victores se nostri esse lāti-
clamabant: quamvis enim h̄dem prius quoque victorū
acclamascent, ea tamen haētenus dubia fuerat, ob vehe-
mentissimum utriusque partis impetum, & stragē qua-
utrinque edebatur maximam. At nunc non resistebant
hostes amplius nostris, vt se Victores esse iam facile a-
gnoscerent: quamobrem in præda colligenda & vincīe
dis potius quam necandis hostibus occupabantur. Iam-
que permagnus Principum virorum numerus à nostris
aut captus, aut interemptus fuerat: lanizerorum autem
aliorumque militum infinitus propè numerus: adeo q;
soli h̄j euaserant, qui in principio prælij statim, cognita
suorum pernicie, ex strage quam edebant magnæ trite-
mes.

CONTRA VENETOS

139

mes, scafis alijsque paruis nauigis aufugerant: quemadmodum Portanus Bassa fecit, qui clanculum statim nauigio in continentem traeicit, & saluti suæ fuga consuluit. Sed ex nostris ducibus quoque in hac media acie interierunt: Ioannes Loridanus, Catharinus Malipetru, Hieronymus Venierus, Franciscus Bonus, Ioannes Baptista Benedictus Cyprius, & Jacobus Tresinus Vicentinus. Vulnerati autem fuerant Ioannes Bembus, Theodorus Balbius, Messanæ Prior & multi alij præterea gene rosi nobiles & equites. In Sinistro hostium cornu Oluzalius, vbi succubuisse suos cognouisset, & ab Auria, qui felicem huius prælii euentum iam agnoscebat, se inuancti frangique posse aduertisset, quo pacto saluti suæ cōfidentem effet, diligentissimè cōsiderauit. Itaque quas dam dextri nostri cornu triremes, ab alijs distinctas separatasque conspiciens, ipsas arrepta occasione maximo cum impetu inuasit. Ac nostri quidem impetū eius fortiter exceperunt: non tam viribus suis freti, quām quod suspectias sibi ab reliquis mox ferri cerrò sperarent. Verum Auria (quem superius cum reliqua sui cornu parte in altum recessisse diximus, vt Oluzalium à pugna suspeccasse posset, recesserat enim prudenter ambitu quodam parre postera inuaderet. Sed cùm id Oluzalius animaduertisset, eumque iam ad se, cum multis suis & alijs finiti cornu triremibus præparare videret: paucas illas, quas inuaserat, vehementissime affixit, subitoque in altum mare recedens, cum multis suarum triremium, a fugit. Ex nostris verò etiam ceperat, & suis alligatas cum traxit, Petri Buæ Corcyrensis, Prioris Messanensis, & Ludouici Cipici Trauenis triremes. In vehementissimo hoc certamine Benedictus Soranzus, etiam si extensis in faciem tria vulnera accepisset, tamen fortissimè pu

DE BELLO TVRCICO

gnauit, & triremem suam cum paucis benè diu defendit donec hostium vis vehementissimè aucta, ei cum nauit vitam quoque Christo seruatori in sacrificium, eripuit. Nec fuit tamen inulta eius mors: quod vbi hostes in eius triremem ingressi essent, accensus fuit in munitiōnibus ignis, quo nauis cōsumpta, & hostes in aerem disiecti sunt. Obierunt hic etiam, præter Soranzium, Hieronymus Contarenus, M. Antonius Landus, M. Antonius Pasqualigus, Iacobus Medius, Georgius Cornelius, & Petrus Bua. Inter cæteros autem qui hic itidem grauissimè vulnerati essent, Ludouicus Cipicus Trauenfis unus fuit: is enim postquam diu strenuè pugnasset, cum solis alijs sex supererat, & septē permagna vulnera acceperat, itaque victus cum naui abducebatur. Verum auxilio ei simul atque Priori Messanensi citò succurrent, & liberatis eorum triremibus, quæ ab Oluzalio abducebantur, illos quoque viuos reduxerunt. In hoc Oluzalij congressu, vehementer præterea fuerunt afflictæ, triremis vna Sabaudica, vna Florentina, & vna Hispanica: & quamuis cum in hoc cornu tū in alijs locis, per multi ex nostris grauiter vulnerati & interfecti essent, tāta fuit tamen illorum virtus, vt diuina bonitate iuuante nullam triremē amiserint, præter solam Petri Buæ Cyrensis, quæ ab hostibus abducta fuit. Iamque ad vice-simam primam horam, fractus omnino hostis superatusq; fuit, vt quæ reliquæ superessent triremes, à nostris suis insequi nequierunt, quod iam nox imminaret, & ipse in altum mare egressus procul euasisse ferretur.

Sed illud iam vel imprimis memorabile horrendum que spectaculum erat, quod vniuersum mare ex sanguine rubrum cernebatur, & infinitus propè cadauerum numerus in eo natare, plurimæ tam nostrorum quām hostium yulneratorum & natantium voces ciulare &

auxilia

CONTRA VENETOS

141

auxilia postulare audiebantur: s^ep^e etiam nostri simul
 atque hostes idem lignum amplexi se conseruare nite-
 bantur, vnde eiulatus & miserad^e voces sentieban-
 tur: ea^{que} omnia e^o maiora & miseranda magis appa-
 rebant, quod ingruente iam nocte, cœlum obscurius red-
 debatur. Postquam Turcica classis, vniuersa iam in no-
 strorum potestate esset, colligendæ prædæ operam da-
 bāt: ea^{que} in re, quod reliquum diei supererat consum-
 pserūt: sub vesperam l^aeti se cum Ottomanicis spolijs, in
 Petalicos portus quosdam receperunt. Atque hic qui
 deni fuit prælii huius naualis successus, maximus profe-
 ctò, quod ab Augusti Cæsaris temporibus, à nullo vnquam
 tam vehemens prælium nauale commissum fuerit. Eo-
 que magis admiratione digna videri debet h^ec nostra
 victoria, quod propè illum locum nobis cötingerit, quo
 ad Actium promontorium, vbi nunc Prevesa est, Augu-
 stus Cæsar olim M. Antonium nauali prælio superauit.
 Nec minus quoque facit ad augendam huius rei gestæ
 celebritatem, quod cum quatuor tantum horis pugna-
 rint, tamen magni illius Serpentis Orientalis caput con-
 triuerint, & Selymi potentissimi tyranni vires fregerint.
 Prima noctis hora, cùm singulari nostrorum ducum in-
 dustria, classis vniuersa in portum reducta esset, tatus vē-
 tus tantaque tempestas subito exorta est, vt incolæ asse-
 terent, post hominum memoriam nunquam se tantam
 sensisse. Sed tuto tamen hoc loco agentes, medicandis
 ægris & vulneratis operam dabant tanta diligentia, vt
 ipsimet duces eos in sua conclavia reciperent. Venierus
 autem, dimisso Onophrio Iustiniano cum triremi, ad se-
 natum Venetum literas dedit, ijsque felicem successum
 quem in comparanda victoria ijs Deus Opt. Max. fuisset:
 largitus, significauit.

Sed iam receptui canamus, summa terrorum nostro-
 rum Imperatorum prudentia cognoscendisque hostiū

S. 3.

Tunc uita clausa
 quieta. p. quatuor
 hanc horas

ut punit² dies redi
 7 octobr. ad 1571

DE BELLO TVRCICO

Don Jan
sequuntur dnoz.
Landoz
Columna dnoz.

rebus diligētia, in consultandoq; industria, reliquorū du-
cū in exequendo dexteritas & prōptitudo: omniū deni-
que nobilium, aliorumque militum in agendo virtus, tā-
ta fuit, vt præter vtilitatem rei tam feliciter geste, ad om-
nes communiter redundantem, Ioan. Austriaco Caro-
li V. inuicti Cæsaris filio Philippi Hispaniarum regis fra-
tri foederis huius inter Pontificem, Hispanum atque
Venetos initi summo Imperatori, sempiternam glo-
riam laudemque pepererit: quæ, quò maior diuiniorq;
Christum seruatorem cōlentibus, & eam contemplati-
bus apparebit, tanto magis omnes excitare debet, vt Phi-
lippo Catholico Hispaniarum regi vicissim gratifcen-
tur, quòd in hoc bellum fratrem miserit.

Venierus dnoz.

Marcus Antonius Columna, è nobilissima Romano-
rum familia natus à Pio V. omnium, quotquot fuerunt
Pontificum sanctissimo, ad hoc bellum summus suarū
copiarum imperator delectus: ita se geslit, vt nomen suū
Pontifici communicare, & vnā cum illo Christiani or-
bis Columna meritò appellari possit. Ut verisimile quo-
que sit, huius Pontificis electionem diuinitus fuisse in
hæc tēpora conseruatā, quibus orbis Christianus Turci
fœdus istud sanctissimum feriendum, tantos principes
posset impellere.

Barbadery

Sebastianus Venierus Venetarum copiarum impera-
tor, non minorem animi fortitudinem in dimicando,
quam in imperando prudentiam declarauit. Itaque cū
in horrendo hoc conflictu Imperatoris simulatque mi-
litis officium fecerit, nec quicquam omiserit eorum,
quæ ad victoriam consequendam facere possent, an nō
æream statuam meruit, cùm ad suæ virtutis æternum te-
stimonium, tum vt omnibus nobilibus Venetis exem-
pli sit, quo pacto se se erga patriam gerere debcant?
Augustinus Barbadicus quia loquendi usum ex vulnere
ami-

CONTRA VENETOS

143

amiserat, verbis quidem animi sensum explicare non
potuit, sed tamen cognito ex alijs indicij, quod nostris
tanta victoria contigisset, tertia deinceps die porrectis
in cœlum manibus, animi sui robur euidentibus signis
declarauit, & ex hac vita mortali in cœlum migrans, tri-
umphū de Turcica tyrannide duxit. Bini Parmae Urbini,
que Principes, quorū unus cū Hectore Spinola, alter cū
Leynio Sabaudo dēfissimo pugnantiū agmini interfuit,
dū victoriā reportarunt æternū virtutis suæ testimoniu
exhibuerūt Magnus Cōmendator, dum Io. Austriaco sē
per imperterritio animo adfuit, singulare virtutis edidit
specimen. S. Crucis Marchio, tanta dexteritate subsidījs
præfuit, vt ijs qui opprimerentur summa cum celeritate
succurreret, caque in re singularem prudentiam declara
uit. Paulus Iordanus Vrsinus, qui in mediæ aciei fronte
erat, an maius virtutis specimen edere potuit, quām in
densissimum prælium ingressus, se suosque conseruare
& tot hostium triremes occupare? Iustinianus Messa-
na commendator, nisi vulnerum acerbitate, in conclu
ue se recipere fuisset coactus, cum & aliās suæ virtutis
specimen ediderit, nunc quoque effecisset vtique ne
tot ex suis interirent, et si Oluzalij impetus maior fuis
set. M. Ant. Quirinus & Antonius Canalis, prēter hu
ius prælij gloriam, ex vniuerso hoc bello immortalem
laudem sibi compararunt. Ioannes Cardona, qui in de
xtra nostro cornu, cum ijs triremibus erat, quæ Oluza
lij impetum sustinebant, maiorem laudem sibi compa
rate non potuit, quām quod ex tanta difficultate victor
euaserit. Denique omnes qui huic prælio interfuerunt
& pro Christi seruatoris nomine pugnarunt, siquidem
vjuunt gloriari vtique possunt, se tantæ huius victoriæ
participes esse: sin ex hac vita migrarint, requie beato
rum fruantur, leuique cruciatu, mortalem hanc, cum vi
ta immortali commutantes, verum victoriæ fructum cū

Deo possident: quæ proinde res parentibus & cognatis
eorum magno solatio esse potest. Cùm enim ex morta-
libus immortalem neminem nasci sciamus, vna ratio
est immortalem vitam consequendi: si virtute æternam
laudem atq; gloriam consequamur, quod proinde cer-
tum est, omnibus contigisse, qui in hoc conflictu inte-
rierunt. Eorum numerus autem quantum utique intel-
ligi potuit, ad septem millia sexcentos & quinquaginta
sex ascendit, iisque hi fuerunt:

*ex Ch. Marcius mos
Anno 1656*

Vnus cum prætoria dignitate dux, Augustinus Bar-
badicus.

Septendecim triremium gubernatores.

Octo Cataphracti.

Quinque Capellani sacerdotes.

Sex Comites triremium.

Quinque Patroni triremium.

Sex Scribe.

Septem Naucleri.

Centum & tredecim Bombardarij.

Triginta duo fabri reficiendis nauibus præfeci.

Centum viginti quatuor socij triremium.

Noningenti & viginti quinque spontanei milites.

Bis mille, ducenti, & leptuaginta quatuor remiges.

Mille trecenti & triginta tres ex gregarijs militibus.

Bismille ex classe Hispanica mortui.

Octingenti in classe Pontificia.

*Ex hostibus econtrà capti aut interfecti fuerunt, viginti
nouem millia, noningenti & nona-
ginta, videlicet.*

Triginta quatuor duces cum prætoria dignitate.
Centum & viginti triremium gubernatores, sive co-
mites.

Vigin-

CONTRA VENETOS

145

Vigintiquinque millia Ianiçerorum, peditum spon-
taneorum & remigum.

Tria millia, octingenti & quadraginta sex capti fue-
runt.

Ex hostium triremibus ceperunt nostri, centum & se-
ptendecim communes triremes, & tredecim triremes
paruas, easque omnes panibus, seu, butyro, oriza, fabis
alijsque omnibus commeatus generibus munitissimas,
eadem nocte secum in portum abduxerunt. Præter ha-
c hostium naues, fuerunt etiam submersæ aut alio quo
uis modo destructæ circiter octuaginta: quæ fuga euasis-
sent, quadraginta ferè putabantur. Quibus ita confectis
nostris in portu tuti, Deū ob concessam tantam victoriā
laudabant, & totum triduum genio indulgentes, & va-
ria signa lætitiae causa explicatæ, festos dies celerabāt.
Nec tamen interea quicquam omittebant eorum, quæ
ad naues suas reparandas & persequendos victoriæ fru-
ctus facere possent. Cuius rei causa, cùm ad Idus Octo-
br. usque in ijs portubus hæsisserent, tamen ob aduersam
minentis hyemis tempestatē & quod ex vulneratis sub-
inde multi interirent, inde recedendum putarunt. Ioan-
nes Austriacus enim, quia eo anno nihil amplius me-
morabile geri posse censebat, Messenam versus conten-
dere voluit: sed magnam spem tamen faciebat, anno se-
quenti suas vires reliquis coniungendi. Cum vniuersa
classe igitur, & acquisita præda, inde recedentes, ad Cor-
cyram peruererunt: eamque de communi consensu, vti
iam sequitur diuiserunt:

Pontifici

{ Nouendecim cōmunes
Duæ paruæ.

{ Quiquaginta octo cum
dimidia communes.

Sex cum dimidia paruæ.

Naves distri-
butæ fuerūt.

{ Hispanis trire-
mes

*Uarii cap. 130
Submersæ deponentes
80. fuga delays 40
A 250*

x b. octobris dñi.

*Uarii cap. 300
3 milio.*

T

DE BELLO TVRCICO

Tormenta militaria fuere itidē distributa.	Reip. Venetę	Triginta nouē cū dimi- triemes	Triginta nouē cū dimi- dia communes.
	Pontifici	Nouendecim magna. Tria Petrarria, quibus lapides iaciuntur.	Quatuor cum dimidia parux.
	Hispanis	Quadraginta duo minora. Quinquaginta octo cum di- midia magna.	Octo cum semi Petrarria.
	Reip. Venetæ	Centum viginti octo mino- ra.	Triginta nouem cum semi magna. Quinque cum semi Pe- traria.

Captiui Pontifici octingenti, octuaginta & vnum.
divisi Hispano mille septingenti & tredecim.
sunt. Reipub. Venetę mille centū & sexaginta duo.

Dum hæc ita gererentur, Onophrius Iustinianus, à
Veniero cum literis ad Senatum missus, decimo nono
Octobris, binas Venetorum arces ingressus est: eumque
iam in S. Marci foro infinita prope hominum multitu-
do, inter spem simul atque metum constituta, expecta-
bat. Sed cum iam proprius accedens, multisque bom-
bardicis iictibus emissis, Turcicis signis laceratis, & ho-
minibus Turcico habitu præmonstratis, latitiae signum
ederet: omnes gaudio, & felicis alicuius successus spe
repleuit. Tum è naui descendens, Venieri literas Lu-
douico Mocenigo Duci serenissimo exhibuit, simulque
declarauit Turcicam classem, paucō nostrorum detri-

Vide post bellum polonicum 144 147 mento

huius frater, ob virtutis sua splendorem Hungariae Prior & ^{op. 11. anno m. 1500}
Comendator fuit electus. Victor frater tuus senator amplissi ^{opus eius invenit}
mus & eloquentissimus S. Marci dignitatem procuravit. Ma
rinus alter frater, cum anno seruatoris 1522. S. Marci procura
tor est, à Clemente VII. Aquileiensis Patriarcha delectus fuit
deinde à Paulo III. Pontifice summus sua clavis imperator con
tra Turcas creatus est. Marcus Grimanus deniqz, tertius fra
ter tuus Cardinalis Illustris. ad antiquorum Imperatorum
imitationem, infinitis propè sumptibus ingentem illam machi
nam marmoream in anteriori parte templi S. Francisco dica
ti, ex fundamētis construxit, Sacellū in eo amplissimis opibus
aditauit, & palatium adificauit tot maiorum familie vestrae
marmoreis imaginibus exornatum, ut earum conspectu homi
nes planè attoniti reddantur: tantus scilicet est earum splen
dor, tanta magnificētia, tantumqz artificium. Que omnia
mecum reputans, Patriarcha Sanctissime, in tuo totiusqz fa
miliæ tue nomine, hoc nostrum Turcicum bellum uniuerso
Christiano orbi proponendum censui, ut quæ Dei miranda
bonitas erga suos omnes sit, hinc quoqz cognosceretur. Existi
maui autem & prime originis causas enarrandas, magnogz
labore etiam singula queqz, ut acciderunt perquisiui: qua in
re mihi valde profuerunt variorum principum & ducum
huius belli literæ, tum etiam colloquia cum Christianis, qui in
Turcica classe captiui, ex pugna nauali liberati fuerunt. Bi
ni autem hostium Secretarij in eodem prælio capti, Bassarum
& Turcici imperatoris consilia aperte manifestarunt, ut ni
hil eorum omiserimus, qua ad rerum gestarum certa cognitio
ne facere possint. Censo igitur Patriarcha Illustris. quotcung
huic bello interfuerūt gregarij milites, duces et principes tibi
non modo ob beneficia que alij in rebus ijs præstitisti, gratias
debere referre, verū etiam quod me ad hoc bellū describendū
& eorum virtutē omnibus declarandā impuleris, vtqz simul
etia argumentū hoc modo ijs suppeditare, qui acutiorib. inge
nij prædicti, hac historiam magis exornare uoluerint: mihi n.
satis fuit simplicē nudamqz rei veritatem tibi proponere. Vale.

10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25
26
27
28
29
30
31
32
33
34
35
36
37
38
39
40
41
42
43
44
45
46
47
48
49
50
51
52
53
54
55
56
57
58
59
60
61
62
63
64
65
66
67
68
69
70
71
72
73
74
75
76
77
78
79
80
81
82
83
84
85
86
87
88
89
90
91
92
93
94
95
96
97
98
99
100
101
102
103
104
105
106
107
108
109
110
111
112
113
114
115
116
117
118
119
120
121
122
123
124
125
126
127
128
129
130
131
132
133
134
135
136
137
138
139
140
141
142
143
144
145
146
147
148
149
150
151
152
153
154
155
156
157
158
159
160
161
162
163
164
165
166
167
168
169
170
171
172
173
174
175
176
177
178
179
180
181
182
183
184
185
186
187
188
189
190
191
192
193
194
195
196
197
198
199
200
201
202
203
204
205
206
207
208
209
210
211
212
213
214
215
216
217
218
219
220
221
222
223
224
225
226
227
228
229
230
231
232
233
234
235
236
237
238
239
240
241
242
243
244
245
246
247
248
249
250
251
252
253
254
255
256
257
258
259
260
261
262
263
264
265
266
267
268
269
270
271
272
273
274
275
276
277
278
279
280
281
282
283
284
285
286
287
288
289
290
291
292
293
294
295
296
297
298
299
300
301
302
303
304
305
306
307
308
309
310
311
312
313
314
315
316
317
318
319
320
321
322
323
324
325
326
327
328
329
330
331
332
333
334
335
336
337
338
339
340
341
342
343
344
345
346
347
348
349
350
351
352
353
354
355
356
357
358
359
360
361
362
363
364
365
366
367
368
369
370
371
372
373
374
375
376
377
378
379
380
381
382
383
384
385
386
387
388
389
390
391
392
393
394
395
396
397
398
399
400
401
402
403
404
405
406
407
408
409
410
411
412
413
414
415
416
417
418
419
420
421
422
423
424
425
426
427
428
429
430
431
432
433
434
435
436
437
438
439
440
441
442
443
444
445
446
447
448
449
450
451
452
453
454
455
456
457
458
459
460
461
462
463
464
465
466
467
468
469
470
471
472
473
474
475
476
477
478
479
480
481
482
483
484
485
486
487
488
489
490
491
492
493
494
495
496
497
498
499
500
501
502
503
504
505
506
507
508
509
510
511
512
513
514
515
516
517
518
519
520
521
522
523
524
525
526
527
528
529
530
531
532
533
534
535
536
537
538
539
540
541
542
543
544
545
546
547
548
549
550
551
552
553
554
555
556
557
558
559
559
560
561
562
563
564
565
566
567
568
569
569
570
571
572
573
574
575
576
577
578
579
579
580
581
582
583
584
585
586
587
588
589
589
590
591
592
593
594
595
596
597
598
599
599
600
601
602
603
604
605
606
607
608
609
609
610
611
612
613
614
615
616
617
618
619
619
620
621
622
623
624
625
626
627
628
629
629
630
631
632
633
634
635
636
637
638
639
639
640
641
642
643
644
645
646
647
648
649
649
650
651
652
653
654
655
656
657
658
659
659
660
661
662
663
664
665
666
667
668
669
669
670
671
672
673
674
675
676
677
678
679
679
680
681
682
683
684
685
686
687
688
689
689
690
691
692
693
694
695
696
697
698
699
699
700
701
702
703
704
705
706
707
708
709
709
710
711
712
713
714
715
716
717
718
719
719
720
721
722
723
724
725
726
727
728
729
729
730
731
732
733
734
735
736
737
738
739
739
740
741
742
743
744
745
746
747
748
749
749
750
751
752
753
754
755
756
757
758
759
759
760
761
762
763
764
765
766
767
768
769
769
770
771
772
773
774
775
776
777
778
779
779
780
781
782
783
784
785
786
787
788
789
789
790
791
792
793
794
795
796
797
798
799
799
800
801
802
803
804
805
806
807
808
809
809
810
811
812
813
814
815
816
817
818
819
819
820
821
822
823
824
825
826
827
828
829
829
830
831
832
833
834
835
836
837
838
839
839
840
841
842
843
844
845
846
847
848
849
849
850
851
852
853
854
855
856
857
858
859
859
860
861
862
863
864
865
866
867
868
869
869
870
871
872
873
874
875
876
877
878
879
879
880
881
882
883
884
885
886
887
888
889
889
890
891
892
893
894
895
896
897
898
898
899
899
900
901
902
903
904
905
906
907
908
909
909
910
911
912
913
914
915
916
917
918
919
919
920
921
922
923
924
925
926
927
928
929
929
930
931
932
933
934
935
936
937
938
939
939
940
941
942
943
944
945
946
947
948
949
949
950
951
952
953
954
955
956
957
958
959
959
960
961
962
963
964
965
966
967
968
969
969
970
971
972
973
974
975
976
977
978
979
979
980
981
982
983
984
985
986
987
988
989
989
990
991
992
993
994
995
996
997
998
999
999
1000

IO. PETRVS CONTARENVS,
IOANNI GRIMANNO
ILLVSTRISSIMO
simul & Reuerendissimo Aquileiensi
Patriarchæ S. D.



TIAMSI fama, res gestas maiores ut plu-
rimum, hominis auribus representare so-
leat, quam re ipsa sint, Patriarcha pluri-
mum Reuerende: non dubitamus ramen
asserere loge maiorem re ipsa pugnam fui-
se, que sub septuagesimi anni finem, inter bi-
nas potentissimas Turcarum & Christianorum clasas, ad
Cruzularios scopulos extitit, quam hactenus fuerit explica-
ta. Fuit enim hoc prælium nauale, eorum profecto omnium
maximum, que unquam fuisse cognoverimus: quodcunq;
enim ei contuleris, hoc nostro longe inferius esse comperies.
Non negamus equidem, & alias se numero à multis maxi-
mis viris esse pugnatum: nam & illud vehemens prælium
fuit, quod Philippum Macedonia regem, cum Attalo rege Per-
gami, ad Chium insulam commississe legimus: & Themisto-
cles Atheniensum imperator, Xerxes Persarum regem ad Sa-
laminem, ingenti prælio superauit. Magne fuerunt pugna na-
uales Atheniensum cum Corinthijs, in ipso Corinthiaco si-
nu commissæ, vehementesq; etiam, quas idem Athenienses
in Helleponcio cum Lacedemonijs, & iuxta Byzanum cum
Peloponesiaciis commiserunt. Carthaginenses ad Eauinianas,
quas vocant hodie, Insulas, cum Romanis nauali prælio bis de-
certarunt, ac semel quingentas utrinque triremes, alia vice
vero non minus septingentis habuerunt: & Romani ab illis
fracti, uniuersam classem amiserunt. Et illa deniq; maxima
pugna fuit, qua Cæsar Augustus M. Antonium & Cleopatræ

**

Aegypti reginam, ad Actium promontorium superauit. Sed
bis omnibus tamen nostrum illud naucale pralium maius exti-
studiari debet, primum quod in eo, de uniuerso orbe Christiano
dimicabatur: deinde quod rerum natalium usus ad summam
perfectionem iam peruererit, ob tormenta militaria scilicet,
& sexcenta alia bellica instrumenta, quorum usum veteres
planè ignorarunt: quibus si principum virorumq[ue] prudentiū
adisciatur, speculi instar esse poterit, in quo se omnis nostra po-
steritas contempletur. Quae cum ita sint, & uniuersum hoc
bellum diuinitus gubernatum, ad tantam Turcarum perni-
tiem directum fuisse videatur: existimavi ego, illius historiā
nullius nomine potius emittendam, quam tuo Patriarcha Il-
lustriſime, qui in tanta prouincia Dei Vicarius sis, & superio-
ri anno in tanta annona caritate, eandem hanc nostram clas-
sem, ita iuuferis, ut tuae virtutis splendor omnibus merito illius
cescere possit, qui deinceps talem prouinciam sustinebunt, sa-
craq[ue] hac munera administrabunt. Sed hæc antiqua est Grie-
mannicae familia tuae Illustriſime consuetudo atq[ue] natura ex
qua tot præstantissimi viri prodierunt. Cui enim ignota esse
unquam poterit Petri Grimani atque tui virtus? qui S. Mar-
ci Procurator delectus, supremum penè gradum in hac repub.
obtinuit? Ioannes Grimannus Proanus tuus eodem munere
functus est, & ob integritatē suam apud omnes emicuit. Anto-
nius Grimannus avus tuus Serenissimus Venetoru[m] princeps
non minus Imperium sua virtutis splendore illustravit, quia
ipse perfuncto tanto munere sit exornatus. Hieronymus Gri-
mannus tuus simul atq[ue] patrie pater plurimis maximisq[ue] mu-
neribus perfunctus Venetorum consiliarius obiit. Dominicus
Grimannus autem patruus tuus Cardinalis amplissimus,
prater cetera pietatis opera, que etiamnum in hac repub. elu-
cent, sumptuosam illam ad S. Antonium Bibliothecam constru-
xit: & studio antiquitatis, quod tu postea tantis sumptibus
excoluisti fundamenta posuit. Petrus Grimannus Cardinalis
huius

CONTRA VENETOS

147

mento, vniuersam fractam & dissipatam esse. Quibus cognitis ille Apostolico legato, Patriarcha Grimanno, binis consiliarijs & Cæfare Ziliolo Cancellario, qui alias ob causas aderant, comitatus in S. Marci Patroni Veneti templum ingressi sunt: & subsequente senatu reliquo cum sacerdotibus, Ambrosij & Augustini psalmo Deū laudarunt: peractisque sacris, Deo Optimo Maximogratias vniuersi egerunt, quod oblitus nostrorum peccatorum, in tantis populi sui angustijs, tantam victoriam cōcessisset. Quibus ita confectis, Princeps Ioanni Baptiste Rasario viro doctiss. mandatum eodem die dedit, ut de hac victoria orationem ad populum haberet. Quam rem ille die tertio, cùm eodem in templo expidiret, Senatum, populum, peregrinos, adeoque infinitam prope auditorum multitudinem, eloquentiæ suæ admiratione attonitam reddidit. Nec quicquam inter- rim per totam yr bem audiebatur, quam sonitus campani, voces plaudentium, alia que infinita lœtitia signa: quibus Creatorem nostrum, Deum Optimum Maximum laudabant.

F I N I S.

T 2

A 1428.12

CORINTHIA VENITO^{RE}

... etiam tamen & hinc & illuc. Quippe
etiam quod est in hoc p[ro]prio, invenimus quod
est in aliis. Et sic in illis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis. Et sic in aliis quod est in p[ro]prio
est in aliis.

FINIS.

g. T.